BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
22 D
M 10

12 22 B 10 A

IOANNIS GARLANDII ANGLI PHILOSOPHI DOCTISSIMI COMPENDIUM Alchimiæ, ſiue in tabulam Smaragdinam Hermetis Triſmegiſti περὶ χημείας Commentarij.

PRECATIO.

LAVS, honor, virtus & gloria ſit tibi Domine Deus omnipotens, cum dilecto filio tuo Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Spiritu Sancto paracleto. Trinitas ſancta, qui es ſolus Deus & vnus, homo perfectus, tibi gratias ago. Quia cum aduerſarijs huius mundi tranſitoria pernouiſſem, ne ſuis delectationibus prouocarer, me ab eodem tua ſumma miſericordia ſuſtuliſti. Sed quia video infinitos in hac arte deceptos, qui directam non ingrediuntur ſemitam, placeat tibi Domine Deus meus, vt de ſcientia quam mihi tradidiſti, charos meos ab hoc errore diuertā, vt cum perceperint veritatē, laudent nomen tuum ſanctum & glorioſum, quod eſt benedictum in æternum, Amen.

VERBA SECRETORVM HERMETIS, QVAE SCRIPTA erant in tabula Smaragdi, inter manus eius inuenta in obſcuro antro, in quo humatum corpus eius repertum eſt.

TABVLA SMARAGDI.

VERVM ſine mendacio, certum & veriſsimum. Quod eſt inferius, eſt ſicut quod eſt ſuperius. Et quod eſt ſuperius, eſt ſicut quod eſt inferius, ad perpetranda miracula rei vnius. Et ſicut omnes res fuerunt ab vno meditatione vnius: ſic omnes res natæ fuerunt ab hac vna re, adaptatione. Pater eius eſt Sol, mater eius Luna. Portauit illud ventus in ventre ſuo. Nutrix eius terra eſt. Pater omnis teleſmi totius mundi eſt hîc. Vis eius integra eſt, ſi verſa fuerit in terram. Separabis terram ab igne, ſubtile à ſpiſſo, ſuauiter cum magno ingenio. Aſcendit à terra in cœlum, iterumq; deſcendit in terram, & recipit vim ſuperiorum & infe-

inferiorum. Sic habebis gloriam totius muudi. Ideò fugiet à te omnis obſcuritas. Hoc eſt totius fortitudinis fortitudo fortis: quia vincet omnem rem ſubtilem, omnemq; ſolidam penetrabit. Sic mundus creatus eſt. Huic erunt adaptationes mirabiles, quarũ modus hic eſt. Itaq; vocatus ſum Hermes Triſmegiſtus, habens tres partes philoſophiæ totius mundi. Completum eſt, quod dixi de operatione ſolis.

PRAEFATIO.

EGO quidem Hortulanus, ab horto, vel ab arce maritima dictus, Iacobina pelle inuolutus, nouiſsimus philoſophorum, indignus vocari diſcipulus philoſophiæ: motus dilectione chariſsimi amici mei, declarabo certam determinationem verbi patris philoſophorum Hermetis. Quod verbum quanquam occultum, ſubtiliter ſcribam, opere verò in labore digitorum meorum omnem diſpoſitionem tibi declarabo, & philoſophorum occultationem in verbis eorum: quia nihil prodeſt occultatio, vbi doctrina ſpiritus ſancti operatur.

Quòd ars Alchimiæ ſit vera & certa.

CAP. I.

Dicit autem Philoſophus VERVM. Verum enim eſt, quòd ars Alchimiæ eſt data ſine mendacio. Hoc dicit ad deteſtationem illorũ, qui dicũt artem eſſe mendacem, id eſt falſam.

Certum, id eſt expertum, etiam quicquid eſt expertum, certiſsimum eſt & veriſsimum. Id eſt, Sol eſt veriſsimum quòd per artem procreatur: & dicit *Veriſsimum*, in ſuperlatiuo gradu

gradu, quia Sol generatus per hanc artem, excedit ſolem naturalem in omnibus proprietatibus, tam medicinalibus, quàm alijs.

Quòd lapis debeat diuidi in duas partes.

CAP. II.

Deinde tangit operationem lapidis, dicens *quòd eſt inferius*. Hoc dicit, quia ille diuiditur in duas partes principales per magiſterium, ſcilicet in partem ſuperiorem, quæ ſuperius aſcendit: & in partem inferiorem, quæ fixa remanet & clara: & cum iſtæ duæ partes concordant ſimul in virtute: & ideo dicit, *Quod inferius eſt, eſt ſicut quod eſt ſuperius, et è conuerſo*. Et eſt ſciendum, quòd iſta diuiſio eſt neceſſaria, *ad perpetrandum mirabilia vnius rei*, ſcilicet lapidis. Quia pars inferior, quæ dicitur nutrix, eſt terra, quæ eſt fermentum: & pars ſuperior, eſt anima, quæ totum lapidem viuificat, & reſurgere facit, vnde elementorum ſeparatione & coniunctione celebratur lapis. Multa perpetrantur mirabilia in opere ſecreto naturæ.

Quòd lapis habeat in ſe quatuor elementa.

CAP. III.

Sicut res omnes ab vno, &c. Hic dat exemplum totius, ſicut omnes res ab vno fuerunt,

ſcilicet ab vno globo confuſo, ſiue maſſa confuſa *meditatione vnius*, id eſt, creatione omnipotentis Dei: *Sic fuerunt natæ omnes res ab hac re.* Id eſt, ſicut omnes res natæ fiunt, & exeunt ab hac maſſa confuſa, *vna aptatione*, id eſt ſolo præcepto Dei & miraculosè. Ita lapis noſter natus eſt & exit ab vna maſſa confuſa, in ſe confuſa, in ſe cõtinens omnia elementa, quæ ſunt aqua, aer, terra, ignis, quæ à Deo creata ſunt, & ſuo ſolo miraculo.

Quòd lapis habeat patrem & matrem ſcilicet Solem & Lunam, CAP. IIII.

Et ſicut naturaliter, vnum vel plura animalia ſibi generant ſimilia, ita artificialiter Sol generat Solem, cum multiplicatione in virtute lapidis prædicti, ideò ſequitur. *Pater eius Sol*, id eſt, aurum. Sed quia in omni generatione naturali requiritur ſpermatis receptaculum idoneum, cum quadam conſonantia & ſimilitudine ad patrẽ, ita in iſta generatione artificiali, oportet quòd habeat ſui ſpermatis, ſiue ſeminis, id eſt ſuæ tincturæ idoneum receptaculum, & ſibi conſonum, cum quadam ſimilitudine ad ipſum aurum, & iſtud eſt argentum, Ideò ſequitur: *mater eius eſt Luna.*

Quòd coniunctio partium lapidis dicatur impregnatio.

CAP.

CAP. V.

Et notandum diligenter, quòd iſtorum duorum corporum coniunctio, eſt neceſſaria in hac arte ad album & ad rubeum. Et ſunt duæ rationes, quarum vna eſt, quia aurum cū ſit nobilius inter metalla, magis compactum, perfectum, & fixum, tamen ſi diſſoluatur, vt nimium ſeparetur, fit ſpirituale, & euolat ab igne, tanquam Mercurius, quod eſt mirum. Et hoc eſt ratione ſuæ caliditatis, & tunc habet tincturam ſine numero, & iſtud vocatur ſperma, ſiue ſemen maſculinum. Si verò argentum diſſoluatur in aquam liquidam, nihilominus remanet fixum. ſicut prius, nullam habet tincturam præparatam, tamen ad tincturam recipiendam, & fixandam, in temperamentis calidi & frigidi, & vocatur ſperma fœmininum: & ſic conueniens eſt eorum coniunctio. Item alia ratio, quare iſta duo corpora coniunguntur, eſt, quia cum argentum ſit difficilimæ fuſionis, & aurum ſimiliter, vnumquodque per ſe, & liquefactionis, tamen ſi ſimul iungantur, facilimè diſſoluuntur & liquefiunt. Hoc ſciunt aurifabri facientes ſolidaturam ad aurum: vnde ſi in noſtro lapide eſſet tantum alterum eorum nunq̄ per aliquod ingeniū facilè flueret medicina, neq; tincturā haberet: & ſi daret tincturā, nō tingeret eū quantū ipſe eſt, qa

non eſſet receptaculum tincturæ. Et noſtrum finale ſecretum eſt, habere medicinam, quæ fluit ante Mercurij viuificam fugam. Ergo, cōiunctio eorum eſt neceſſaria, quia hæc duo cum inuicem recipiunt in coniunctione lapidis, in pugna ſunt in ventre venti, & hoc eſt quod poſtea dicit. *Portauit eam ventus in ventre ſuo.* Planum eſt, quòd ventus eſt aer, & aer eſt vita, & vita eſt anima: & ego iam ſuperius locutus ſum de anima, quæ totum lapidem viuificat, & ſic oportet quod ventus portet eum, & reportet, & pariat per magiſterium. Et tunc ſequitur, quod alimentum ſuſcipiat à matre ſua, ſcilicet terra, ideo dicit, *Nutrix eius eſt terra*, quia fœtus ſine alimento nutritus, nunquam venit ad ætatem: ita lapis noſter ſine fermentatione ſuæ terræ nunquam perueniret ad effectum. Quæ quidem fermentatio, alimentum dicitur. Sic enim generatur ex vno patre cum matris coniunctione, & alimento nutricis, id eſt, multi filij patri ſimiles, qui ſi longa decoctione caruerint, erunt matri ſimiles in albedine, ſed pōdera patris retinebunt,

Quòd lapis perfectus ſit, ſi anima in corpore fixa fuerit. CAP. VI.

Deinde ſequitur. *Pater omnis theſauri totius mundi eſt hic.* Quia in operatione lapidis eſt vna ſi-

na ſimul magiſtra operatio, quam vocat philoſophus quod ipſa eſt pater Theoloſmi, id eſt omnis ſecreti vel theſauri totius mundi, id eſt omnis lapidis inuenti in hoc mundo. *Eſt hic:* Quaſi diceret, Ecce oſtēdo tibi. Poſtea dicit philoſophus. Vis te doceam, quando Fortitudo lapidis eſt perfecta & completa? Quando ſcilicet fuerit in ſuam terram verſa. Et ideo dicit, *Vis eius integra eſt, ſi verſa fuerit in terram*. Vis eius ſcil. lapidis integra eſt, id eſt perfecta, & completa ſi verſa fuerit in terram Id eſt ſi anima ipſius lapidis, de qua eſt ſuperius facta mentio, quæ anima dicitur ventus, qui eſt aer, vel oleum, in quo tota vis lapidis eſt, conuerſa fuerit in terram, & fit lapis fixus, ita quod tota ſubſtantia lapidis ſit fermentata à nutrice, id eſt à terra, ita quòd totus lapis conuertatur in fermentum: ſicut in operatione panis parum fermenti nutrit, & fermentat maximam copiam panis, & iterum totam ſubſtantiam paſtæ conuertit in fermentum, habens eandem virtutem ad aliam paſtam. Ita vult philoſophus, quod lapis noſter ſic ſit fermentatus, quòd ad multitudinem lapidis alterius exiſtat quaſi fermentum.

De mundificatione lapidis. CAP. VII.

Tunc ponit qualiter debeat multiplicari, & primò ponit lapidis mundificationem, &

partium ſeparationem :dicens, *ſeparabis terram ab igne ſubtiliter, ſubtile à ſpiſſo ſuauiter, cum magno ingenio*, id eſt, ſuauiter & paulatim, non per violentiam, ſed cum ingenio ſcilicet non feſtine, ſed per magnam philoſophiam. Separabis feces, id eſt, immundicias ab igne, aere, & aqua, & ea tota ſubſtantia lapidis, ita quòd lapis maneat immundiſsimus ſine ſorde.

Quòd pars lapidis non fixa, debeat ſuperare partem fixam, eamq́ eleuare. CAP. VIII.

Peracto ſic lapide, idoneus eſt ad multiplicandũ: & tũc ponit multiplicationẽ, & eius facilẽ liquefactionem in virtute ingroſsibili, tá in duris corporibus, quam mollibus. dicens, *aſcendit à terra in cœlum, & iterum deſcendit in terram.* Hîc valde notandum, quod quamuis lapis noſter diuidatur in quatuor partes, quæ ſunt quatuor elementa, ſicut dictum eſt ſuperius, duæ tamen ſunt partes principales, vna ſcilicet quæ ſuperius aſcendit, quæ dicitur non fixa, & alia quę inferius remanet fixa, & dicitur terra vel fermentum, quæ totum lapidem nutrit & fermentat, vt dictum eſt. De iſta verò parte non fixa, oportet habere magnam quantitatem, & dare lapídi qui factus eſt mundiſsimus abſque ſorde, totiens per magiſterium, donec totum lapidem virtute ſpiritus nón fixi, ſuperius deferet ſubliman-

dum,

dum, & ſubtiliandum: & hoc eſt, quod dicit, Aſcendit à terra in cœlum.

Quomodo lapis volatilis, ſit iterum figendus. CAP. IX.

Poſtea ipſum lapidem ſic exaltatum, oportet incerare ſuper marmore cum oleo ſiue cũ vno elemento, ab ipſo lapide in prima operatione extracto, quod dicitur aqua lapidis, & aſſare toties ſublimando, donec iteratò virtute fermentationis terræ, cum corporibus exaltatæ, totus lapis iteratò deſcendat de cœlo in terram, & remaneat fixus, id eſt, fluens. Et hoc eſt quod dicit. *Iterumq́; deſcendet in terram, & ſic recipit vim ſuperiorum*, ſcilicet ſublimando, *& inferiorum*, ſcilicet deſcendendo. Et quod corporeum eſt, fit ſpirituale in ſublimádo: & quod ſpirituale eſt, fit corporeum in deſcendendo.

De fructu artis & efficacia lapidis. CAP. X.

Sicq́; habebis gloriam claritatis totius mundi. Id eſt, hoc lapide, ſic compoſito. Gloriam huius mundi poſsidebis. *Ideo fugiet à te omnis obſcuritas.* Id eſt omnis inopia & ægritudo, quia lapis ſic cõpoſitus, eſt omnis ægritudinis curatiuus. Et hoc eſt totius fortitudinis fortitudo fortiſsima: quia nullá eſt comparatio huius lapidis, ad alias fortitudines huius mundi

Vincet, id eſt vincendo conuertet Mercurium viuum congelando, qui ſubtilis eſt, & alia corpora dura & ſolida, & ferrea penetrabit, quia vincit omnem rem ſubtilem, & omnem rem ſolidam penetrat.

Quòd magiſterium immitetur creationem vniuerſi. CAP. XI.

Poſtea dat exemplum de compoſitione lapidis dicens. *Et ſicut hic mundus eſt creatus, ſic eſt factus noſter lapis*. Quia primo fuit totus mundus & quicquid in eo eſt, id eſt vna maſſa confuſa, ſeu chaos confuſum, ſicut dictum eſt ſuperius: & póſt per artificium ſummi creatoris, diuiſa eſt illa maſſa in quatuor elementa mirabiliter rectificata & ſeparata, per quam ſeparationem diuerſa fiunt: ita poſſunt fieri diuerſa opera in abbreuiatione noſtri lapidis ſeu operis, per ſeparationem diuerſorum elemẽtorum à diuerſis corporibus. *Hinc erunt aptationes mirabiles*, id eſt, ſi ſeparaueris elèmenta fient mirabilia, compoſitis apta in opere noſtro, in operatione noſtri lapidis, per coniunctionem elementorum rectificatorum, & de quibus mirabilibus aptis ad hoc, *modus eſt hic*, ſcilicet modus operandi, datus eſt hic.

Inſi-

Inſinuatio ænigmatica quæ ſit materia lapidis. CAP. XII.

Itaque vocatus ſum Hermes Triſmegiſt. Quia docens philoſophus compoſitionem lapidis hîc occulto modo, per quem fiat lapis noſter, primò nominat ſeipſum, vt diſcipuli vel filij ſui ad hanc ſcientiam peruenturi, de ſuo nomine recordarêtur proprio. Pôſt tãgit de quo fit, dicens. *Tres totius mundi partes habens ſapientiæ.* Quia omne habens materiam & formam, quod eſt in mundo, compoſitum eſt ex quatuor elementis : vnde infinitæ ſunt partes principales, ſcilicet minerales, vegetabiles, & animales, de quibus coniunctis, vel diuiſis, philoſophus habet ſcientiam veram in opere ſolis. Ideo dicit, tres habens partes ſapientiæ, Quæ quidem tres partes in vnico continentur lapide, ſcilicet in Mercurio philoſophorum.

Quare lapis dicitur perfectus. CAP. XIII.

Et ideo vocatur hic lapis perfectus, quia habet in ſe naturam animalem, vegetabilem, & mineralem. Hic lapis triplex eſt & vnus, quatuor habens naturas, & tres colores ſcilicet nigrum, album, & rubeum. Vocatur e-

etiam granum frumenti, quod niſi mortuum fuerit ipſum ſolum manet, & habet quatuor colores quatuor elementorum, qui ſi non mortuus fuerit, ipſe ſolus manet. Et ſi mortuus fuerit, vt dictum eſt, cum coniungitur in coniunctione, multum fructum affert, videlicet complementum, cum commiſtione ſua in operibus ſupradictis. O lector chariſsime, ſi tu ſcis operationem lapidis, tibi dixi veritatem: ſi verò tu neſcis eam, nihil tibi dixi. *Completum eſt hoc quod dictum eſt, de operatione ſolis lapidis*, tum naturarum, & trium colorum, & quatuor naturarum: quatuor colorum in vnitate, ſcilicet in Mercurio ſolo.

Lapis cur vegetabilis. CAP. XIIII

Et quòd ſit lapis vegetabilis, ſcio ego, qui loquor, quia ex ſucco trium herbarum ſimul coniunctarum, ſcilicet mercurialis, portulacæ marinæ, quæ lac album facit, & chelidoniæ, poſtquam ſtetiſſet in fimo per viginti dies vidi Mercurium emanare, cuius nulla fuit differentia ad alium Mercurium. Igitur lapis ex vegetabilibus eſt.

Lapis cur animalis. CAP. XV.

Quòd etiam ſit animalis, ſcio ego, qui loquor, quia ſeparatis elementis ipſius Mercu-

rij, æquali pondere ſimul mixto ſine alio aliquo addito in vaſe forti vitreo, cum paruo ſpiraculo in fimo molli remiſſi caloris collocati, infra tres menſes vermes horribiles procreantur, quorum vnus ſolus remanet, qui paſcitur ex Mercurio viuo. Hic creſcit ad quantitatem bufonis, cuius forma terribilis eſt, & hoc animal per ſe eſt Elixir, ſuper plumbum igitur lapis animal eſt.

Lapis quomodo mineralis. CAP. XVI.

Quod autem mineralis, patet quia ſuper ipſum fit proiectio, & conuertitur in metallum. Nullus ergo illum Mercurij lapidem eſſe dubitat: qui ſe ipſum mortificat, reſurgit, & viuificat, & ſeipſum in aurum conuertit.

Opiniones de hoc lapide philoſophorum. CAP. XVII.

Et propter hoc dicit alius philoſophus, lapis eſt vnus, medicina vna, cui nihil extraneum additur, niſi quod ſuperfluitates remouentur. Quod ſic intelligo, illud non eſt ſibi extraneum, in quo debet conuerti, ſcilicet aurũ et argentũ. Poſtea ſunt duo coadiutores, p̄ quos opera facilius adimplētur, vnuſquiſq; deſtructor, qui totá operationé inficit, niſi deleatur. Coad-

Coadiutores verò ſunt, ſulphur præparatum, & Arſenicum in ſpeciem olei redactum. Proprietas ſulphuris eſt Mercurium congelare, & cum Mercurio perficere, teſte Gebero dicente: Vis ſulphuris albi non vrentis congelat Mercurium viuum, & ipſum ſeipſum mortificat. Proprietas autem arſenici eſt, totum lapidem inſpirare, & viuificare, ſi debitis modis præparetur. Nuncupatur enim ventus, aer, & oleum incombuſtibile: vnde qui negligit oleum à Mercurio ſeparatum, loco eius accipiat arſenicum præparatum. Deſtructor lapis eſt lapis qui venalis inuenitur. Sed ibi loquitur philoſophus de lapide coniungente matrimonium inter corpus & ſpiritum: loquitur de aëre extracto à Mercurio, vt dictum eſt.

Quæ ad operationem lapidis pertinent.

CAP. XVIII.

Adhuc ſunt multi collaterales, multum apti ad abbreuationem operis huius, ſicut ſunt ſales, atramenta, & alumina, & quædam aquæ aluminum & vegetabilium, quia quædam aquæ fiunt ex iſtis, quæ incontinenti ſoluunt corpora, vt aurum & argentum. Et propter hanc aquam auri & argenti commiſcetur cum lapide prius præparato, vel purificato ab omni re extranea, & tunc feſtinatur opus in vna die, quæ

die, quæ alio modo fieret in tribus menſibus. Item fit aliter in continenti. Aqua aluminis in continenti facit oleum ex arſenico ſublimato. Item fiat aqua ex vegetabilibus, quæ in continenti tollit combuſtionem, & aduſtionem ſulphuris, & remanet album & incombuſtibile. Et ſic ſunt à Deo creata mirabilia apta ad creationem noſtri lapidis, vnde plures ſunt viæ ad vnum finem: & hoc inuenitur in lapide philoſophico componendo, quod ſufficiat vobis. Philoſophus dixit: Accipe lapidem benedictum, qui non eſt lapis, nec habet naturam lapidis, & inde ſeparata elementa.

Lapis quid. CAP. XIX.

Nota quod hic philoſophus vocat lapidem eſſe illud, de quo poſſunt elementa per artificium extrahi. Quapropter ex eorum coniunctione in opere Alchimiæ ſuſcitatur vna ſubſtantia ad modum lapidis, quam vocat, benedictus: quoniam extra quatuor elementa eſt, quædam eſſentia quinta, quæ ſpiritus lapidis appellatur. Et quia ſpiritus non apparet nobis, nec tangitur niſi corpus, accepit in aliquo elementorum iſte ſpiritus nobilitate ſuæ naturæ corpus viuum in nobiliori elementorum, ſcilicet in ſphæra ignis,

remanens in ſua natura ſpirituali: nec propter hoc eſt ignis, nec habet naturam ignis quantum de ſe eſt. Verum eſt, quod corpus ſpirituale ardens, pro ſubtilitate in ſua puritate, & propter hoc ipſum videre non poſſumus. Et ideo per inſtrumenta apta, mediante ſenſu artificis, cuius ſubtilis ſphæra condemnans eſt, ſed conuertit in ſpeciem aquæ, & decurrit & ſeparat ſe, & tunc dictus ſpiritus etiam: & coniungit ipſum opus cum elementis in conuerſione, quæ duplex eſt, ſcilicet. Quòd Elixir fiat in argento viuo congelando, & quod Elixir fiat ad vitam hominis conſeruandam, & ad omnem ſuperfluitatem omnium malorum humorum, omnemq; corruptionem corporis amouendam.

Lapis vt faciendus. CAP. XX.

Si vis igitur ex hoc facere lapidem philoſophorum fac ita: Separa ſpiritus & diligentius quàm potes, quia tam ſubtilius hoc facere non poteris, quin in ſe retineat aliquid ſubſtantiæ venti phlegmatis. Ille ſpiritus vna vice ſeparatur, & vocatur aqua ardens: cuius ſignum eſt, quia ſi tingit in illis pannum lineum, inflammat, nec tamen ardet pannus: Et ſi pluries ſeparaueris, vocatur aqua ardens & vrens, de qua ſi intingas pannum, arde-

ardebit totum. Ergo accipe oleum viuum, ſpirituale; factum cum ſpiritu quintæ eſſentiæ. Ita expedit alia tria elementa ſicut ſpiritualia, cum eodem ſpiritu retinente corporalem eorum virtutem. Iſte modus ſeparat, vel iſto modo ſeparatur omne phlegma ſuperfluum à dicto lapide donec videat oleum ſuperare, nihilque remaneat phlegmaticum, & remaneat ſicut pix. Et cum aqua ardens commixta cum ſubſtantia benè moueatur, donec ſit corporata, & tunc eam degutta, tunc vocatur ſanguis humanus rectificatus, quem quærunt Alchimiſtæ: adhuc vocatur aer, vel ventus: & de hoc loquitur philoſophus, qui dicit: *Ventus portat eum in ventre ſuo*. Et ſic habes duo elementa in virtute quintæ eſſentiæ, ſcilicet phlegma, & aerem. Poſt accipe ſubſtantiam prædictam, quæ remanſit, ſicut pix, & ſepara totum oleum ſuperfluum in alembico vitreo, donec nihil remaneat olei in ipſa; & tunc videbitur ſubſtantia tota nigra & ſicca, de qua fac vnum puluerem cum ſanguine humano rectificato, & dimitte ſic ſtare per ſpatium trium horarum, pòſt degutta: & appellatur aqua ignis. Fac iterum ſecunda vice, & tunc vocatur aqua ignis rectificata, & ſic habes tria elementa in virtute eſſentiæ, ſcilicet aerem & ignem, & aquam. Poſtmodum accipe dictam ſubſtantiã, & eam in furno reuer-

berationis calcina, donec fiat velut calx, & cum iſta calce miſce aquam ignis rectificatam, & tunc habes quatuor elementa cum quinta eſſentia, & facta ſpiritualia cum ſpiritu. Hæc eſt aqua vitæ, quæ quæritur in arte Alchimiæ, & curat vel crepat omnes ſpiſsitudines, & facit intrare. Hæc eſt aqua habens vim ſuperiorem, id eſt ſpiritualem: & habet vim inferiorem, id eſt corporalem. Et hoc eſt quod dicit philoſophus, *Quòd hoc quod eſt ſuperius, eſt ſicut illud quod eſt inferius, & è conuerſo, ad faciendum mirabilia rei vnius.* Et expedit, quod hæc eſſentia quinta ſemper retineat vim ſuam, & habet vim quatuor elementorũ, & ſic mirabilia poſsint inde fieri. Quia ſi vim talem haberet, multa fierent mirabilia ſuper opus alchimiæ. Adhuc dicit philoſophus, *quod aſcendit à terra in cœlum, hoc eſt,* quod quatuor elementa aſcendunt in cœlum à terra, ſcilicet cum ſpiritu lapidis. Et poſtea dicit, *quod ipſum deſcendit in terram,* hoc eſt ſi iſta quatuor elementa aſcenderunt, deſcenderunt iterum in terram, ita quòd ſunt fixa in vnitate quintæ eſſentiæ, & remanet lapis vnus cryſtalinus retinens Elixir perfectè Mercurij.

Aqua vitæ. CAP. XXI

Si vis aquam vitæ ad hominis vitæ conſeruationem facere, & ad omnem infirmitatis cu-

ſis curam procedere, ſic fac. Aquam ardentem & valde bene rectificatam accipe, & non facies ex ea ſanguinem humanum, quia ſi eſſet ſanguis humanus, vt dictum eſt, perderet vim ſuam attractiuam, virtute herbarum per oleigenitates, & interficeret totum ſaporem, & ita non eſſet bona ad retinendum. Nec ad hoc facies aquam vrentem, quia cauſa eſſet fortis & acuta, quòd ardens deſtrueret totum, & eſſet ad potum periculoſa. Sed quoniam omnis perfectio cuiuſlibet lapidis in virtute terræ ſuæ conſiſtit, quæ nutrix appellatur, vel fermentum, teſte philoſopho dicente, Nutrix eius eius eſt terra, ſine quo fermento ſpiritus lapis perfectè detineri non poteſt, non habet complementum ſuæ virtutis, & ideo aquæ iſti damus virtutem ſuæ terræ, & tunc habet plenè vim ſuam, & integrè, & hoc eſt quod dicit philoſophus. *Vis eius eſt integra.* Etſi vertatur in terram, tunc vocatur aqua vitæ: & ſi pluries eam diſtillaueris à terra ſua, erit aqua vitæ rectificata & perfecta. Scias ergo quòd in hoc lapide aliquantulum terræ eſt magnæ virtutis, nec cures ſi parum ſit de terra, quia ſicut parum fermenti magnam paſtæ maſſam eleuat, aut fermentat, ita hoc parum terræ, quod hic lapis continet, ſufficit ad nutrimenti complementum totius lapidis. Caueas ergo ne terram aliam quæras,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

prout aliqui cupientes vim tartari, dicunt eam eſſe terram lapidis. Alij lyam, id eſt feces vini calcinati. Alij cinerem vitri, & hi errant, & ita cæcus ducit cæcum, & ambo cadunt in foueam, & credunt facere aquam vitæ, & faciunt aquam mortis: quia terra aliena, non debet intrare ibi, teſte Gebero, qui dicit. Vnus lapis, vna medicina, cui nihil additur extraneum, niſi quod ſuperfluit amotum ſit. Similiter huic aquæ vitæ nihil eſt extraneum appoſitum, ſed omnes amouentur ſuperfluitates, & hic eſt lapis benedictus.

M. AR-

M. ARNOLDI DE VILLA NOVA, PHILOSOPHI *Celeberrimi in Commentarios Hortulani expoſitio.*

QVÆ ſunt ſpecies, quæ cōueniunt in compoſitione Elixir? Argentum viuum, & ſulphur citrinum fugiens, ſulphur viride fixum, habens ventrem nigrum, quãuis clarum videatur. Sulphur albũ fixum. Hæc tria ſulphura. Sunt fluentia & fundentia, ſicut cera: meliora ſunt noua quàm antiqua. Bonum ſulphur viride eſt, quod cum frangitur, habet fracturam claram & lucidam, ſicut vitrũ, & eſt in groſsis fruſtris. Sulphur album fixũ eſt melius, cum fuerit bene albũ, in fractura lucens, & clarum & per per grana oblonga, parua groſſa, in groſsiorib. melius eſt. Sulphur citrinum fugiens, eſt ſulphur viuum melius eſt cũ fuerit in groſsis fruſtris nō petroſum. Componitur aũt argentum viu. cum ſulphure citrino, ita quòd alterátur, & fiunt idē in vna maſſa lucida rubea, pōderoſa ex qua cōpoſitione duæ ſpecies ſufficiunt ad Elixir cōponendum. Quibus habitis, accipe j. ℔ 12. vnciarum de ſulphure viridi fi-

xo, & tere ſuper marmore, vel alibi, & fac puluerē ſubtiliſsimum, quem ſerua per ſe. Secū do, accipe tres vncias de ſulphure albo fixo, & tere ſicut aliud, & ſerua per ſe ad partem. Tertio, accipe tres vncias, id eſt, quartam partem libræ de terra compoſita ex ſulphure & Mercurio, & tere eam, donec nihil in ea appareat lucidum & ſerua per ſe ad partem. Hoc opus contritionum à philoſophis vocatur Hyems, quo completo incipit opus Veris. Omnes iſtos pulueres ſimul miſce ſuper marmore, ita quòd tota materia videatur rubea & vna ſubſtantia: poſt totam illam materiam diuide in duas partes æquales, quarum quælibet contineat nouem vncias, & pone illas duas partes in duobus vrinalibus duplicibus, ſuper quolibet vrinali ſituatur alembicus vitreus, ita quòd os vrinalis non intret os alembici, ſed os alembici ſubintret os vrinalis, & ab eo circundetur, vt ſpiritus medius retineatur, & aſcendat, & ibi lutetur & iungatur alembicus cum luto phyſico, & cautè deſiccetur ad ignem, vel ſine igne. Relutetur iterum ſuper lutum ſiccatum, & deſiccetur vt prius, vt ſpiritus quintæ eſſentiæ nullo modo poſsit per iuncturas exire. Poſt omnes deſiccationes luti, accipe ceram communem, & de ea circunda totum lutum deſuper poſt cum ferro candido funde terrā ſuper

lutum

lutum cautè, & de cætero aliquid de ſpiritu nõ exibit per lutum: et hoc vocatur à philoſophis opus Veris. Iſta compoſitio ex tribus prædictis vocatur lapis benedictus, mineralis, animalis, vegetabilis: eo quòd non habet nomen proprium. Mineralis, eo quòd res ex quibus componitur medicina, ſunt minerá. Vegetabilis, quia viueſcit & creſcit. Animalis, eo quòd animam habet, ſpiritum & corpus, ſicut animalia. Alio nomine vocatur Nigrum fœtens, eo quòd habet ventrem nigrum, & componitur ex ſpiritu fœtenti. Alio modo dicitur Chaos, vel origo mundi, vel maſſa confuſa: nos autem eam terram vocamus. Pòſt à ſeparatione elementorum incipiendum eſt, ab iſta terra rubea ſeparanda ſunt elementa, ſicut purum ab impuro. Pone quodlibet vrinale in alutello, ſuper cineres cribatos, & ſit cineris ſub fundo vrinalis ſpiſsitudo parui auricularis, & non plus. ſit autem aludel ſiccum, et bene ſigillatum cum luto ſuper ferrum. quodlibet vas ſuum proprium habeat alutellum, & ferrum & ignis item ſub medio culi alutelli & ſit ignis ita temperatus, vt poſsis tenere manum ad culum alutelli intus ferrum, & ſit ignis continuus, quia ſi eſſet turbatiuus in principio, materia funderetur in vaſe, antequam ſpiritus ab ea euolaret, & frangeretur vas, & exiret ſpiritus quintæ eſſentiæ, & totum amit

çus rubeſcat, & cum apparuerit rubeus, tenendus eſt ignis in illo ſtatu, donec tota aqua exierit, vel circa: & tertiò fortificandus eſt ignis, tunc cum flamma per ſex horas, donec tota aqua fortis & ſpiſſa exierit, & terra ſicca ſine humore remanebit. Tunc erit completa aqua Benedicta. Hæc aqua Mercurij vocatur, & ſulphuris, eo quòd ex ipſis generatur. Alio nomine vocatur fumus, ventus, oleum, aqua, aer oleum aqueum, aereum, ignis, vita, anima, ſpiritus, & Mercurius, quæ eſt ignis comburens, & ſoluit omnia corpora vno regimine, id eſt, opere, videlicet opere Autumni ſubſequentis. Item à philoſophis vocatur lapis Benedictus, qui non eſt lapis, nec habet naturam lapidis. Supereſt quædam eſſentia quinta, quæ ſpiritus lapidis appellatur: & quia iſte ſpiritus nõ apparet nobis, neque tangitur, niſi aſſumpto corpore in aliquo elemento, ideò iſte ſpiritus propter nobilitatem ſuæ naturæ accipit corpus in igne, ipſo manente in ſuo naturali ſpirituali: & non eſt ignis, nec habet naturam igneam, quantum eſt de ſe, tamen in igne habitat. Et quia iſte ignis in ſua ſphæra, non à nobis videri neque tangi poteſt, ideo in inſtrumentis idoneis; mediante induſtria operationis in aquæ ſubſtantiam conuertitur, componendo, condenſando, vt dictum eſt. In hac aqua ſunt quatuor elementa, ſed tria, ſcilicet, a-

qua aer, & ignis ad compoſitionem iſtorum trium elementorum, cum quarto, ſcilicet cum terra, debet corpus ſibi ſtatim addi, poſtquam aqua eſt facta, ante duas horas, poſt complementum aquæ, quia virtus iſtius ſpiritus citò euaneſcit, ſed retinetur à corpore, ideò oportet quod citò fiat. Illud vocatur opus Autumni, quia ſicut fructus ad perfectionem perueniunt, ita hæc aqua. Aliter vocatur impregnatio lapidis, eo quod ſpiritus impregnatur in ventre venti, id eſt aqua, vel è conuerſo. Materia in vrinalibus poſt extractionem aquæ Benedictæ proijcitur, quia nihil valet: ſed in alia terra, hæc aqua plantatur, & ſic patet, quod iſtud in vno incipit, & in alio terminatur. Accipe terram noſtram albam, & mundetur quod non remaneat ſuperfluitas, nec feces in aliqua ſui parte, donec ſiat alba lucida. De hac terra ſume duas vncias in laminis tenuiſsimis, vel in limatura, prout natura ipſius terrę exigit, & vnam vnciam pone in vno vaſorum ſuper aquam recenter factam, & aliam vnciam in alio vaſe, & ſuper cineres tepidos ſituentur in alutel ſuper ferrum igne prius remoto ab ipſis, & ſtatim cum hoc corpus intus proiectum fuerit obturentur vaſa ſatis ſtrictè cum pann o lineo ſicco. Et incõtinenti quòd terra noſtra in aquã iſtã cadit, incipiet bullire. Si verò nõ bullierit,

lierit, error fuerit in operatione, nec aliq̃d valet. q̃a corp⁹ nõ ſoluitur, niſi bulliat, ideo oportet aliam facere. Virga quæ cum tota terra ſeparatur à trunco, & à ſua radice, & plantatur in alia terra, quam recipit, & à qua recipitur, naſcitur inter vtranque terram virga, id eſt aqua. Terra eſt eius ſubſtantia quæ dicitur ventus: alia terra in qua plantatur eſt terra alba vel rubea. Tenenda ſunt vaſa ſuper cineres calidos continuè, donec aqua iſta à bullitione ceſſet, & cum ceſſauerit erit clara, limpida & viridis, & corpus vel terra erit ſolutum, & coniunctũ per minima cum ipſo ſpiritu. & ſi aliquid de iſta terra remanſerit, quod non fuerit ſolutum vel liquefactum, non eſt vis: ſed alia vaſa accipe ſimilia illis, & pone in illis aquam illam, ita cautè, quòd illud quod remanſit in fundo ad ſoluendum, non miſceatur cum aqua clara. Et obtura illa vaſa fortiter cũ panno lineo, & ſerua aquam Benedictá vſq; neceſſe fuerit. Iterũ aliam facias donec de iſta aqua habueris bonã quantitatem. De hac bullitione loquitur, dicens: Eſt corpus, quod decoctum eſt & bullitum, quod decoqui debet cum folijs oleandri, id eſt cum igne iſtius aquæ, in qua eſt ignis occultus, ſoluens omnia corpora, quæ aqua nominatur, nomine omnium foliorum, arborũ, & viriditatũ. Morienus dicit, quòd ignis phi-

loſophorum continuus eſt de folijs oliuarum, vel ſtercorũ, id eſt de iſta aqua Benedicta. Et ſic intellige diuerſos philoſophos diuerſimodè loquentes, tamen omnes concordant de iſta aqua, licet ſub palliationibus dicant, vt ſtultos decipiant. Adhuc aliter vocatur aqua benedicta, temperantia ſapientum, acetum acerrimum, & corpus quod ſoluitur. Vocatur gumma philoſophorum hæc aqua: vocatur vile carum, corpus durum, & opacum, facit molle & clarum. Illud in quo latet ſecretum noſtrũ, eſt occultum inſipientibus, & manifeſtum ſapientibus, Et quamuis ſit aliquid imperfectum, habens reſpectum ad perfectionem lapidis benedicti, id eſt Elixir. Eſt aũt medietas elixiris iam perfecta ad album: ad aliam ergo medietatem veniendum eſt, Solutio corporis in aquam vocatur exaltatio aquæ, & vocatur angulus operis, eo quòd ſicut angulus facit ex duobus parietib. vnum, ita hæc aqua ex duob. ſcil. ſpiritu & corpore facit vnum. Secunda pars elixiris, ad rubeum tamen in rei veritate, iſtæ duæ partes non faciunt, niſi vnũ elixir, quod eſt ad vtrumq;: quia primo eſt album, ſecundo in eiſdem vaſibus reducitur ad rubeum. De eiſdem ſpeciebus ſit Elixir ad rubeum, de quibus ſit ad album, ſed cum ponderib. alijs. Accipe de ſulphure viridi vnam ℔ duodecim vnciarũ, ſulphuris albi vj. ℥. terrę rubeę põderoſæ vj. ℥.

Ignis

Ignis & pondus ſunt magiſtri in hac arte. Iſtorum autem aquam benedictam extrahe, ſimili modo ſicut de alia ad albũ, nec plus nec minus. Poſtea ſume de terra rubea, & coapta ipsã in laminas tenues, vel in limaturis deraſis, & pone in aqua, vt dictum eſt, & non ſoluetur in ea, ſed tantũ calcinabitur in puluerem rubeũ, quo facto remoue aquam cautè, & pone in alio vaſe, ſimili illi, in quo eſt, ita quod remaneat puluis calcinatus terræ rubeæ in ſuo vaſe ſine aqua, & in aqua remota, pone terram albã & ſoluetur illa, & ſic proficiet tibi aqua, & nõ vaſtabitur. Terra quæ remanſit calcinata, deſicca, & ſerua bene, aqua facta per huiuſmodi põdera, fortior eſt prima, quia procul dubio ſoluit Mercurium, & alia non, & tamen videtur eſſe eiuſdẽ coloris cum prima, ſed differt, quia eſt aurea, id eſt tingit in citrinum, & prima tingit in nigrum. Hæc ſoluit omnia corpora, & terram albam, præter terram rubeam quã calcinat. Ideo prima vocatur nomine omnium albedinum, viriditatum, foliorum & arborum. Secũda verò nomine albeitatum, citrinitatũ, rubedinum, nigredinum, ſulphuris: & hęc eadem perfectè ſoluẽs terram rubeam, quia ſemper ante eſt imperfecta. Terra alba & rubea mundata & aſtinata, venales inueniuntur, ideo de hoc nihil dicemus. Hoc corpus noſtrum citius diſſoluitur, ſi fiat decoctio pluribus mo-

dis, & vocatur prima decoctio, partium ſepa-
ratio per virtutem argenti viui, vulgariter fa-
ctam, quam decoctionē vocant aurifabri mo-
lationem, id eſt molare corpus. Alchimiſtæ ve
rò vocant amalgationem, id eſt, amalgamare
corpus, hoc eſt decoquere corpus cum Mercu
rio crudo. Et in hoc iuuat Mercurius in natu-
ra ſua aliquando in operatione noſtra, & ſic ar
gentum viuum non eſt medicina noſtra, iuuat
tamen. Quidam non faciunt iſtam decoctio-
nem, & bene, ſi poſſet ſolui ſine tali decoctio-
ne. Arcanum huius ſcientiæ nō trademus, ſed
tantùm ad ipſum indagandū volumus ſapien
tes allicere. Accipe ſulphuris viridis vnam ℔.
duodecim vnciarum, ſulphuris albi nouem ℥.
terræ rubeæ ponderoſæ nouem vncias, ſum-
ma triginta vnciarum, quarum aquam extra-
he omnino, ſicut prius, & cum hoc proijcias
de phlegmate ſuo plus in duplo, quia etiā eſt
ibi plus de materia, quouſq; apperuerit ſignū
prædictum ſuper laminam cultelli; Poſtea in
in ipſa aqua facta pone puluerem calcinatum
terræ rubeæ, & ſi liquefiat vel fluat, quod idē
eſt, aqua eſt bona, & ſi non, tunc remoue terrā
vt prius, & deſicca, & fac aliam aquam, & im-
pone terram vt prius, & faciēdo aliam aquam
augmenta pondus ſemper de tribus vncijs ſul
phuris albi, & de terra rubea ponderoſa tantū
& non de ſulphure viridi, cuius pondus ſem-
per

per eſt æquale:& plus ſemper addēdo de phlegmate in duplo quàm alia, quouſq; inuenies aquam quæ ſoluit terram noſtram rubeam.
Quidam dicunt, quòd aqua quæ deſcendit ante alembici rubificationem, ſoluit terram albā & illa quæ deſcendit poſt rubificationem alēbici, debet recipi in alio vaſe, quia ſoluit terrā rubeam. Hæc aqua perfectè inuenta, & in ea terra rubea, ſoluta debet ſeruari in vaſe obturato, ſicut prius de alia aqua ad album, & ita ſimili modo debes reiterare aquam, donec habeas de ea bonam quantitatem. In ſingulari aqua de terra rubea præparata, in laminas tenues, & in puluerem redactā, pone duas ʒ, id eſt quartam partē vnciæ, & ſi plus ſoluere poteſt, plus appone, tamen non accedas vnam ℥ ad plus: & hoc intellige tam de terra rubea calcinata, quàm de non calcinata, & ſi aliquid remanſerit ad ſoluendum de prędicta terra in aqua, illud non ſolutum ſerua ad partem, & in alia ſolutione, & alia aqua ſoluatur, quia aqua non ſoluit, niſi illud quod poterit. Aqua alba vocatur alphido, vel virgo, vel puella habens pulchram faciem, cuius oculi nigri ſunt, & ſupercilia iuncta, Pręgnans, habens vnum vber; aliter vocatur ab Hortolano ſperma fœmininum album & frigidum, aqua rubea: ab Alphidio vocatur iuuenis pulcher, nigri capitis, habens pulchrum veſtimētum, quia aureum eſt.

Aliter ſecundum Hortulanum ſperma maſcu linum rubeum & calidum. Aliter vocatur prima aqua antequam corpus ſoluatur in ea, vrina puellarum: et iſta ſecunda rubea, vrina virorum, iuuenum, vtraq; vrina infantium. Nota quòd quando augmentantur pondera ad faciendum aquam rubeam, debent etiá vaſa augmentari, id eſt materia debet poni in maiori vaſe, quod ſit ſemiplenũ & non plus. Accipe de aqua alba & rubea, tantum de vna, quantũ de alia ad pondus, & pone illas duas aquas ſimul, in vna cucurbita de vitro facta, forti & ſpiſſa, habente os ſicut vrinale, poſtea tota aqua erit citrina, vel ſatis cito, & ſic erit perfectum verum Elixir ad vtrunq;, & perfecta imprægnatio, & verus coitus. Iſta aqua vocatur aurũ noſtrum, argentũ noſtrũ, aqua cœleſtis, glorioſa, ꝓpter quintam eſſentiá in ea exiſtentem. Similiter vocatur æs noſtrum, acetũ noſtrum, magneſia noſtra, in qua ſunt 4. corpora id eſt elementa. Iſta 4. corpora ſunt nubes & niues extractæ, volitum & butyrũ: Lunæ ſpuma vel ſpiritus. Item dicitur fermentũ lapidis ad vtrumq;, & plumbũ nigrũ, et tota operatio noſtra, et omnium philoſophorũ, & omnium gallinarum, & ſapientia noſtra. Statim cum aquas in cucurbitas poſueris, cooperi cucurbitam, ne aliquid exeat de ſpiritu quintæ eſſentiæ, donec coniunctæ fuerint, & fiant vna res,

ſcili-

ſt. aqua rubea, & limpida. Iſta duo ſpermata ſunt neceſſaria in arte iſta, pater eius eſt Sol, mater eius eſt Luna. Sunt neceſſaria, quia Sol & Luna ſunt difficilis fuſionis, quilibet per ſe ſed ſimul iuncti faciliter fluunt, et liquefiunt, et hoc bene ſciunt aurifabri, et ideò neceſſaria fuit iſta commiſtio, quia finale ſecretum eſt, habere medicinam quæ fluat ante Mercuriũ viuum et euolantem ab igne, et propter hoc caue ne ſpiritus quintæ eſſentiæ fugiat, qui retinetur per iſtam coniunctionem, et ſic complebitur opus, Domino concedente. Quando cõiunguntur iſtæ duæ aquæ, impregnatur lapis Benedictus in ventre venti, nutrix iſtius aquę eſt terra. Nota quòd mater et pater lapidis Sol & Luna vocantur in compoſitione Elyxir, quæ poſtea in operatione lapidis, terra vel nutrix appellantur.

IOANNIS GARLANDII ANGLI PHILOSOPHI DOCTISSIMI, SYNO-*nymorum in arte Alchimiſtica expoſitio.*

AMATVRA, id eſt petra matura.
Atramentum, id eſt vitriolum.
Alkali, id eſt calcitura in.
Aludel, id eſt vas fictile.
Almager, id eſt ſynopide rubeum quaſi grana.
Antimonium, id eſt alcophil nigra.
Alcharit, id eſt argentum viuum.
Almiſadir & Mixadir, id eſt ſal Ammoniacus.
Arſenicum, id eſt auripigmentum.
Alcali, id eſt atrsmentum fuſile.
Aremaros, id eſt cinnabrium.
Almarcech, id eſt lithargyrum.
Alchitram, id eſt oleum iuniperi.
Alchazanon, eſt lutum rotæ fabrorum.
Alartar, id eſt æs vſtum.
Agalâ, id eſt ſal præparatum.
Aphronitrum, id eſt ſpuma nitri.
Albnagir, id eſt minium rubeum quaſi grana.
Azuria, id eſt gratia.

Altara

Altara,id eſt cucurbita.
Alembicum,id eſt vas in quo fit aqua roſacea.
Alumen alkali,id nitrum.
Almarthat,id eſt cinis vel lithargyrum.
Algali,id eſt nitri.
Alumen gemma, id eſt optimum.
Alfronitrum,id eſt,ſpuma maris.
Arſenicum arſum, id eſt ſandix vel ſandarica, vel caliſtica.
Arohot id eſt argentum viuum.
Aferro nitrin,id eſt ſal Cappodocium.
Akibrit,id eſt ſulphur.
Azaruet,id eſt auripigmentum.
Alumen iameni,id eſt ſciſſum.
Atramentum viride,id eſt adragires.
Alabari,id eſt plumbum.
Aſeb,id eſt alumen.
Albeſtan,id eſt calx viua.
Aſedemgi,id eſt hęmatites.
Aloanot,id eſt plumbum.
Antighar,id eſt borace.
Almarge,id eſt corallum.
Albait,id eſt ceruſſa.
Araceum,id eſt laton.
Aquila,id eſt arſenicum vel ſulphur.
Acauor,id eſt olla pforata in laterib.& fundo.
Alchit,id eſt chat.
Alcordue,id eſt tucia Indica.
Aluſiren, id eſt ſulphureata ſecundũ quoſdã.

Aſagem, id eſt ſanguis draconis.
Acaro, id eſt rijs
Acetum, id eſt liab
Altus, id eſt vſtus
Azurio, id eſt vitriolum
Alkras, idem.
Aaza, idem.
Alumen, alafur
Argilla, id eſt terra fabrorum
Abracadis, id eſt atramentum
Adot, id eſt aqua vbi ferrum extinguitur
Afronitrum, id eſt richandi, vel vitrum græcum.
Altaſamũ, id eſt duenegſed viride
Aquarius, id eſt ferrum
Acalac, id eſt ſal
Alchoos, id eſt puluis ſubtilis
Antimonium, id eſt altofol vel alitim
Auerich, id eſt ſulphur
Azzimar, id eſt minium
Azeamor, idem eſt
Alafor, id eſt ſal alkali
Aſpaltum, id eſt flos æris
Arſenicum, id eſt ars
Argentum viuum, id eſt ſpiritus
Alumen de Babylonia, id eſt zucharinum
Alchitram, id eſt arſenicum præparatum ad comburendum
Alchitura, id eſt pix liquida

Argilla, id eſt terra de creta rubea
Alozot, id eſt argentum viuum
Alphicida, id eſt cuprum aſſum
Alkmit,, id eſt ſulphur
Alumen rotundum, id eſt zuckarinum
Alunibur, id eſt Luna
Actateni, id eſt auricalcum
Aſeph id eſt alumen ſciſſum
Alumen ſciſſum, id eſt ſcarelum
Acartum, id eſt minium
Afragar, id eſt viride æris
Aquila aurum, id eſt gus, vel deedo, vei ſedebo vel edeb, vel ſedali
Alkali, id eſt aqua aluminis faſeoli
Alexir, id eſt medicina
Alumen, de alap, vel ſal græcus, vel
Alkoba, id eſt vas aſue
Alifel, id pannus vnde oppitulatur, vel oppilatur vas
Almiſarub, id eſt terra
Almixaco, id eſt armo
Airazat, id eſt plumbum
Aſius, id eſt lapis ſalis
Aſot, id eſt argentum viuum
Arabicum, id eſt crocum magnum
Arſubar, id eſt bodequar
aſſagen, id eſt ſanguis draconis
arſiora, id eſt ceruſſa
adidalantros, id eſt calcicuminatio

aluſuen, id eſt ſulphurata
alexanti, id eſt folſiſat
azimar, id eſt æs vſtum vel flos eius
ayborzar, id eſt galbanum
alombari, id eſt plumbum vſtum
arubus, id eſt butyrum crudum
alfur, id eſt crocus Hortulanus
azem, id eſt butyrum coctum
azezi, id eſt atramenti
alchilat, id eſt pondus trium granorũ ordei.
aleuſanthi, id eſt flos ſalis
alumen plumoſum, id eſt ſcarelum
annora, id eſt calx ouorum
abohot, id eſt criſolum
alfata, id eſt diſtillatio
ahot, id eſt lac
alocop, id eſt ſal ammoniacus
aqua caſei, id eſt ſerum caſei
abotin, id eſt carbentina
alohol, id eſt lac acetoſum
aſinum, id eſt pondus
alguzar, id eſt armoniacum
alobrot, id eſt quoddam genus ſalis confectum
alhenot, id eſt plumbum
alhuſel, id eſt aquila
armoniaca, id eſt armoni
aſeb id eſt alumen
argentum populi, id eſt ſal amarum

alohot, id eſt argentum viuum
albuhar, id eſt ceruſſa
algerie, id eſt calx.
albi, id eſt ſublimati
altimar, id eſt æs vſtum.
alramudi, id eſt cineritium
alteminus, id eſt lupinus
alaſor, id eſt alkali
altafor, id eſt camphora.
almiſa, id eſt muſcus
angelus, id eſt confectio
akilibat, id eſt terbentina
azot, id eſt Mercurius
aizauet, id eſt armoniacum
aqua nitri, id eſt ſal alkali
aqua ſaluatiua, id eſt de ſale facta.
aluminis liquidi, id eſt amomi
alumen faſeolum, id eſt alkali
alumen crepum, id eſt tartarum boni vini
alumen de pluma, id eſt iameni vel ſciſsi
alumen Alexandrinum, id eſt nitrum falſum
alumen de cabra, id eſt ſal alkali
argillata, id eſt vitreata.
aſa fetida
alumen ſciſſum, id eſt annacos
atramenti ſpecies, id eſt dominenec
alumen album, id eſt elemine ſab
azur, id eſt eleruad
aſphaltum, id eſt bitumen Iudaicum

armenium,id eſt bolum
amalgra, id eſt bolum ciprinum
alet,id eſt ſal
alaſerangi,id eſt lotura plumbi vſti
acureb,id eſt vitrum
aycaphor,id eſt æs vſtum
annatum,id eſt teſta ouorum
adebeſsi, id eſt teſtudo
armoniacus,id eſt genſir
atramentum, id eſt melagiſtico
agrabi, id eſt raci,vel frigida
argentum viuum,id eſt de roſſero
adamantum,id eſt helſmela.
aluminis,alofor,id eſt rali
alumen liquidum, id eſt limparum
alumen album, id eſt lentica
alcmabunen,id eſt Luberi.
BAurat, id eſt omne genus ſalis
cepta marina idem
Ibocta cum veneno.
Batitura æris, id eſt tubeta æris
Bauret,id eſt boraco
Bolus,id eſt ſedina atramenti
Bliacta,id eſt terra rubea.
Breſil,id eſt bractan
Boleſon,id eſt Balſamus
Buccellare,id eſt cibare.
Bacar, id eſt pondus
Bitrinati,id eſt vitreatum

Bezar,

Bezar,id eſt lapis viridis
Boleſis,id eſt corallus
Bolus Iudaicus, id eſt althea
CApiſtrum auri, id eſt Borax
Calufal,id eſt oleum Indicum
Coſmet,id eſt anthimonium
Corhat,id eſt humor croci.
Cabet, id eſt ſquama ferri.
Cambil,id eſt terra rubea
Cartex æris,id eſt bracitura eius
Calidus,id eſt trochiſcus de arſenico
Catilia,id eſt pondus nouem vnciarum
Calcater, id eſt atramentum rubeum
Calcantum,id eſt vitriolum
Comidi, id eſt gumma arabica
Caſsibor,id eſt coriandri
Cuprum, id eſt æs
Cuprum,id eſt metallum
Cralophonia, id eſt pix gæca
Capitellum, id eſt aqua ſaponis vel lixiuium
Crocus Martis,id eſt de ferro
Crocus,id eſt auricalcum.
Cambil,id eſt terra.
Cinis clauellatus, id eſt alkali
Carſia,id eſt aqua ſalis panis
Cidima vel cadima auri,i d eſt lithargyrũ auri
Calcantum, id eſt æs vſtum
Calcatis,id eſt petra
Calcathor, id eſt aroch

Calcadis, idem
Calchiteor,id eſt marcaſita
Cali,id eſt crini clauellatus
Cardis, id eſt Mars
Caruinum,id eſt lac quoddam
Calor,id eſt ſamentum
Crocus Hortulanus, id eſt alkali
Calcatus,id eſt vitriolum
Calcadrium, idem
Calcecumenario,id eſt æs vſtum.
Caſticum, idem
Calciteos,id eſt lithargyrum auri
Cclcata, id eſt atramentum citrinum
Calcitea,id eſt dragantum
Cadima,id eſt tucia
Caſibo,id eſt cyprus
Cicorea,id eſt mira ſolis
Cepa porci, id eſt ſquilla
Cerebrum, id eſt aqua
Cor,id eſt ignis
Capricornus, id eſt plumbum.
Calcadis, id eſt ſal alkali
Cerdonum,id eſt crocus Hortulanus
Calcute, id eſt æs vſtum.
DEbetin, id eſt terbencius
Demedacon idem diſſolucon
Daniti,id eſt pondus ſex granorum ordei
Deueriden,id eſt oleum nardinum
Dabar, id eſt vis

Dabe-

Dabeſtis, id eſt teſtudo
Druncium, id eſt ſatrinus
Dragantium, id eſt vitriolum
Duenege, id eſt vitriolum viride
Denoquor, id eſt borax
Derant, id eſt vrinis
Daran, id eſt gumma
Damatan, idem
Diamaſcien, id eſt flos æris.
ELkalei, id eſt ſtagnum
Ebeli, id eſt ſalime
Elei, id eſt medicina.
Elexir, id eſt
Ezeph, id eſt Sol
Es apodiatum, id eſt Lunatum
Es, id eſt corpus
Es, id eſt venus
Epatis, id eſt aloes epaticum
Elqualitur, id eſt vitriolum viride
Ezimar, id eſt flos æris
Epar, id eſt aer
Eleſmatis, id eſt plumbum vſtum
Eleɛtum, id eſt aurum
Elome, id eſt auripigmentum.
Elidrium, id eſt maſtix
Epoſilingi, id eſt ſquama ferri
FEdeum, id eſt crocus
Firſir, id eſt calor
Faba agreſtis, id eſt lupinus

Facinum,id eſt æs
Phebus,id eſt puer virgo
GAzar,id eſt laurus
Gluten,id eſt fel taurinum
Gazar,id eſt galbanum
Gypſum,id eſt gumma.
Gutta,id eſt gumma in armoniaco
Gerſa,id eſt ceruſa
HEeltabatoni, id eſt terebinthina
Halle,id eſt viſcus
Hiſaſciran,id eſt armo
Hetalibat,id eſt terebinthina.
Habras,id eſt ſtafiſagria
Hunt,id eſt Iupiter
IVisa,id eſt lapis gypſus
Ipoacidos, id eſt barba ircina
Iupiter, id eſt ſtannum
Iarim,id eſt viride rame
Incuda, id eſt ſponſa.
KAib,id eſt lac acetoſum
Kumen, id eſt coadunatio
Kiles,id eſt ſal de torrente
Kimenna,id eſt ampulla
Kiſt,id eſt opopanax
Karabe,id eſt gumma ſicut ſoſarata.
LAum,id eſt amigdala amara
Laos,id eſt ſtagnum.
Lutum armen,id eſt bolus
Latune,id eſt terra argentea
Lao

Lac papaueris, id eſt opium
Luben, id eſt thus
Latro, id eſt argentum viuum
Lot, id eſt vrina
Lamaty, id eſt gumma arabi.
Luna, id eſt argentum
Lapidis calcis, id eſt bacitura æris
Lapis de montanis, id eſt teſtudo
Lapis rebis, id eſt teſtudo
Lamere, id eſt ſulphur
Later, id eſt perpetrata.
MAſal, id eſt lac acetoſum
Madic, id eſt lac poſtquam extrahitur butyrum
Moſardegi, id eſt plumbum
Muſbia, id eſt Alexandrina tucia
Melichehem, id eſt cibibabit
Machinar ex quo vitreantur vaſa.
Malaribrio, id eſt opium
Melc, id eſt lac acetoſum
Macra, id eſt creta rubea
Meſellum, id eſt Iupiter
Moz, id eſt mirra. Mars, id eſt Venus
Madic, id eſt lac vaccinum
Minera, id eſt ferrum.
Mars, id eſt ferrum.
Mercurius, id eſt argentum viuum
Minium, id eſt cinabrium
Malhodoram, id eſt ſal gemma

Marich, id eſt ſcorea
Magra, id eſt corneolus
Miſius, id eſt aſpaltum
Maruch, id eſt oleum
Metal, id eſt dragma
Monſtrare, id eſt maſtix
Milcordat, id eſt ſanguis draconis.
NAnphora, id eſt petroleum album.
Nardinum, id eſt oleum
Nitrum, id eſt barac
Nepſu, id eſt ſtagnum æneum.
ONiua communis
Otap, id eſt ſal armoniacus rubrificatus per aquam vitrioli rubei
Oſatur, id eſt organum
Oſcieum, id eſt apium
Oleum paleſtinum, id eſt acetum
Oabelcora, id eſt cucurbita.
PElude, id eſt mel coctum,
Phibit, id eſt rapax
Praſsium viride, id eſt flos æris
Pater ante filium vilis eſt factio
Patris, id eſt ſatirion
Preſmuchim, id eſt ceruſa.
Ponfigelon, id eſt bacitura æris vel ferri
Preſmukis, id eſt ceruſa.
Popauax, id eſt gumma.
QVebrit, id eſt ſulphur
Quemli, id eſt plumbum

Reilli, id eſt ſal acetoſum
Ruſatagi, id eſt æs vſtum
Raari, id eſt ſal armoniacum.
Raſas, id eſt ſtagnum vel plumbum.
Ramigi, id eſt colofonia
Recham, id eſt marmor
Raſeos, id eſt æs
Riaſtel, id eſt ſal
Rayb, id eſt lapis.
Sale, id eſt pulchrum
Sactin, id eſt vitriolum
Suipit, id eſt cuprum
Seuco, id eſt plumbum.
Sezur, id eſt aurum
Sulphur viuum, ſulphur decoctum
Sulphur clauellatum, idem
Sedem, id eſt vas
Scicados, id eſt herba moba vel Iouis
Sciden, id eſt ceruſſa
Soluere, id eſt inhumare
Sira, id eſt auripigmentum.
Spodium, id eſt cinis auri
Sinapis, id eſt terſa.
Tartatum ſcorea de doleo vini
Terra rubea, id eſt bolus armenus
Terra tactaria eſt ſubtilis teſta, qua aurifices
vtuntur prægrandi merij
Tifacoum, id eſt argentum viuum
Titar, id eſt borax

Tirſiat, id eſt armoniacus
Tuſiaſi, id eſt ſulphur viuum
Tin, id eſt ſulphur
Tifatam, id eſt ſulphur viuum
Tricar genus ſolis
Tricalililbar, id eſt ſpuma maris.
V Zifur cuprinum
Vzifur, id eſt ſynopide
Vz, cerata thimolea
Vmo, ſtagnum.
Vnifago, ſuccus bine
Vncam, argentum viunm
Valtior, crocus ortenſis
Vifur, cyprinum.
Y Ercia piſcis
Ycar, medicina
Ygoraneo, id eſt herba mixacoricon,
Z Arſrabar, id eſt argentum viuum
Zancre, id eſt auripigmentum
Zerobilem, id eſt Zodoaco
Zerci, id eſt vitriolum
Z: par rei
Zeco, id eſt dragantum.
Zafaram, id eſt limatura ferri, & in vaſe æreo aſſata.
Zarca, id eſt ſtagnum,

IOAN-

IOANNIS GARLANDII ANGLI PHILOſophi doctiſſ. De Præparatione Elixir libellus.

OPVS nobiliſsimum & breue ad Elixir, ſeu lapidem philoſophicum componendum, & fit, ſi bene regatur magiſterium in quatuor menſibus, & fuerit corpus rubeum. Si verò fuerit ſpiritus coniunctus cum corpore albo, erit medicina ſeu Elixir ad album. Mercurius ſublimatus viuificabitur modicum tamen, Mercurius ſi viuificabitur totum Mercurium album faciet viuificari. Prima ergo operatio eſt, quòd ſublimes Mercurium cum vitriolo Romano, vel coporoſa, quouſque ſit bene mortificatus, ita quòd ſit Mercurij pars vna, & vitrioli vel coporoſæ pars altera, vel ſi volueris de coporoſæ vel vitriolo, potes ponere partes duas. Poſtquam autem Mercurius fuerit bene mortificatus, tunc recipe dictum Mercurium ſublimatum, & bene pulueriza, & miſce cum vitriolo pulueriZato, & ſublima ipſum à prædicto vitriolo ſeptem vicibus, ita quòd ſit tantùm de

vitriolo, quantum de Mercurio ſublimato; qualibet tamen vice debet nouum vitriolum miſceri cum Mercurio ſublimato ſupradicto: & hæc erit operatio prima, quæ dicitur operatio ſpiritus: Sequitur operatio ſecunda, quæ eſt, vt recipias prædicti Mercurij ſepties ſublimati, & puriſsimi ſolis optimè calcinati ana. Quæ duo ſimilia miſtis, & ſuper marmore incorporatis, pone in rotumba vitrea vel ampulla, & claude foramen ſeu os vaſis cum luto ſapientiæ, deinde ponatur in igne cinerum debili, & ſtet ibi per dies nouem ad minus in dicta ampulla, & ſepeliantur cineres ſuper ipſam in modica quantitate, ſufficit enim ſolum, quòd cooperiatur à cineribus. Dimitte autem ſic ſub cineribus prædictis, quouſque videris, quòd totus Mercurius aſcenderit ad ſummitatem laterum dictę rotumbæ: tunc reſolue ipſum, & fac quod corpus calcinatum cadat, ſeu ſtet ſuper Mercurium: tunc iterum dimitte dictam rotumbam per eundem modum ſub cineribus calidis. Et ſcias quòd conſueuit in duodecim horis aſcēdere Mercurius totus. Finitis autem nouem diebus, da ignem fortiorem, ita quòd aſcendat, & ſublimetur, quicquid poterit ſublimari. Quo facto euacua vas cum cautela, ne materia ſublimata miſceatur cum materia quæ remanſit in latere inferiori rotumbæ prædictæ. Se-

ctæ. Sequitur tertia operatio, quæ eſt, vt recipias quod ſublimatum eſt, per modum prædictum, de eo quod remanſit, in fundo non eſt curandum, ad opus, poteris tamen ipſum in corpus reducere, & erit ita bonum, vel fortè melius, quàm fuit prius. Et ipſum ſublimatum pone in rotumba, quam colloca in lento igne vt prius, & volue ipſum, ſicut ſupra feciſti, & reuolue quouſque ſublimatum quod eſt ibi cadat guttatim inferius, & hoc fiet in vno menſe, vel in triginta diebus, vel quadraginta ad maius. Cum autem videbis quòd materia ceciderit in fundo rotumbæ, nec ſublimabitur altius, tunc dimitte rotumbam, cum eadem materia ad eundem debilē ignem per alios triginta dies, tunc remanebit medicina fuſa in maſſam vnam frangibilem. Vnum pondus prędictæ maſſæ frangibilis cō uertit triginta pondera Saturni in verum Solem, aut in veram Lunam, ſicut medicina fuerit præparata. Sequitur quarta operatio & vltima, per quam fit multiplicatio medicinæ, tam quo ad eius augmentum in quantitate, quàm quo ad eius medicinæ efficaciam in bonitate. Recipe iſtius medicinæ partem vnam, & Mercurij ſepties ſublimati partes duas, quę ſimul miſce, & pone in rotumba, decoque voluendo, & reuoluendo ſicut prius quouſque cadat guttatim, & fit in octo diebus. Et ſcias

quòd qualibet vice, qua hoc reiteraueris, addendo medicinæ duplum ſui de Mercurio ſepties ſublimato, iſta medicina conuertet quinquaginta duo pondera ſaterni pluſquam faceret antè. Scias etiam quòd hoc ipſum faceret de aliis corporibus imperfectis, ſi proijceretur ſuper ipſa, hoc ipſum faceret proiecta, ſuper viuum Mercurium bullientem ſiue ferúentem. Ad lunam verò procede per omnia cum corpore albo, ſicut ſuprà feciſti ad ſolem cum corpore rubeo, hoc tamen excepto, quia cum proceditur cum corpore albo, debet poni de Luna pars vna, & de Mercurio ſepties ſublimato partes duæ. Et quia ſublimabitur in parte Mercurius viuus, remoue viuificatum, & loco eius pone tantundem de ſublimato, & ſcias quòd in tertia vel in quarta ſubmatione non aſcendet amplius de viuo: & ſic eſt finis huius operis.

Aliud.

ELixir ſiue medicina vera, quæ pro theſauro fuit cuidam data, per hominem fide dignum antiquum, qui quaſi toto tempore vitæ ſuæ laborauit in opere Alchimiæ, nec vnquam, niſi in hac operatione inuenerat veritatem, & erat Italicus, & literatus, & bene intelligens.

Primò ergo fac amalgama cum parte vna ſolis, & partibus quatuor Mercurij, ſicut auriſabri

rifabri communiter faciunt. Poſtea adde de viuo Mercurio, ita quòd ſit vna pars ſolis, & duodecim partes Mercurij. Deinde ponatur materia ad digerendum in igne cinerum lentiſsimo, ad minus per quadraginta dies: finitis iſtis diebus, extrahatur materia de vrinali, & ponatur in cucurbita ſuper poſito alembico, & ſublimetur ad ignem lentum quicquid poterit ſublimari, antequam tamen materia ponatur in cucurbita teratur bene corpus cum ſpiritu, & inuicem miſceantur: quo facto pondera materiam quæ remanſit in fundo cucurbitæ per ſe, & materiam ſublimatam, ſeu diſtillatam per ſe, & vide quantum ſit de materia in pondere quæ remanſit in fundo cucurbitæ, & ſi fuerit vna pars corporis & quatuor partes Mercurij, bene quidem, ſin autem ſuperadde tantum de Mercurio ſuperius diſtillata ita, quod ſit corporis ſiue Solis pars vna, & de Mercurio partes quatuor, quæ ſimul miſce, tere, & incorpora, poſtea pone in ampulla de uitro materiam ſupra dictam, quam pone ad ignem cinerum, & ampullam cooperias vſq; ad collum, & da ignem per duos dies naturales, ita quod ignis non ſit nimis debilis, nec nimis fortis, & ſit ignis carbonum, tunc inuenies in fundo ampullæ materiã facientem quoſdam flores, tunc frãge ampullam, & iterum tere materiã, & decoque

quouſq; fiat rubeus puluis, ſiccus, poſtea adde illud materię deſiccatę de Mercurio viuo, quam ſupra diſtillaſti à materia tantū, vt prius. Dictas autem additiones, & deſiccationes totiens reitera, quouſque dicta materia tota duodecim partes Mercurij fiat puluis, rubeus & ſiccus, ita quod de argento viuo nil ibi appareat, ſed ſit materia ſemifixa. Sequitur ſecunda operatio, ſeu pars operationis, quæ dicitur diſſolutio materiæ in aquam. Recipe ergo ſupra dictæ materiæ puluerizatæ & ſiccæ partem vnam, & aceti acerrimi partes ſex, & ſimul miſce, & pone in ampulla bene obturata, & pone in balneo bullienti, vel ad ignem cinerum ad tres horas, vt ibidē dicta materia diſſoluatur: tunc euacua quod eſt ſolutum & clarum in aliquo vaſe bene mundo, vitreo, & ſi aliquid remanſerit non ſolutum, iterum coquatur ad ignem cinerum, & bene ſiccetur, vt prius, & poſtea in dicto aceto acuto ſoluatur, vt ſuprà, vel balneo, vel in cineribus, & euacuetur, & ponatur cum alia ſimli materia diſſoluta. Hæc autem operatio reiteretur, quouſque tota dicta materia debet diſſolui. Sed eſto quòd non diſſolueretur ex toto, procede cum eo, quod inueneris diſſolutum per modum qui ſequitur. Pone materiam totam diſſolutā in balneo Mariæ, & congela eā, recipiēdo aquā per alembicum, q̄ aqua debet eſſe dulcis

dulcis.quaſi ex toto,tunc debet apparere iſtud ſignum, quia in dicto calore balnei erit materia quaſi aqua ſpiſſa,ſed ſi refrigeretur, coagulabitur,quaſi eſſet mel: tunc pone dictam materiam congelatam bene tritam ad aerem de nocte,in ſcutella vitrea, & in tribus noctibus ad plus diſſoluetur in aquam claram.Poſtea dictam materiam ad aerem diſſolutam decoque ad minus ſeptem diebus in vaſe de vitro bene obturato,vt nihil exire poſsit de vapore. Scias tamen quod in extractione de vaſe materiæ diſſolutæ ad aerem,poteris lauare vas cum dicta aqua dulci, & ſuper aliam materiam proijcere diſſolutam prædictam lauaturam. Poſtmodum ponatur dicta materia in cucurbita ſuperpoſito alembico, & ad lentum ignem cinerum,vel in balneo diſtilletur, quicquid poterit diſtillari recipiatur, & mundè in vitreo vaſe reponatur,& ſcias quòd erit aqua dulcis. Cum autem vas fuerit infrigiditatum, reducatur aqua dulcis ſuper materiam congelatam, quæ remanſit in fundo, & ſit tantum de aqua noſtra dulci, quòd materia tota diſſoluatur ibidem,quod fiet per decoctionemeius in balneo,vel in cineribus in vaſe clauſo ſiue obturato. Inſuper ſcias quòd de aqua dulci debet in tanta quantitate haberi,quòd ſufficiat ad totam dictam materiam diſſoluendam. Decoquatur autem dicta materia diſſoluta balneo

melius ſicco per diem naturalem, & tunc faciet materia in fundo quandam reſidentiam. Tunc illud quod eſt diſſolutum & clarum eua cua, & repone mundè per ſe, feces verò ſiue illam reſidentiam ad partē mundè repone, poſt recipe dictam materiam diſſolutam & claram, quam ſuprà reſeruaſti, & iterum decoque per diem naturalem, & reſidentiā quam faciet repone, cum alia reſidentia quam ſuperius reſeruaſti. Hæc autem operatio totiens reiteretur, quouſq; materia diſſoluta per eius ebullitionē in balneo nullam faciat reſidentiam, ſed maneat ex toto ſoluta, ſine vllis fecibus: & tunc poſt congelationem materiæ diſſolutæ apparebit res munda, alba & clara, faciliter ſolubilis & ſublimabilis, ita quòd quando ſatis ebullierit cū dicta aqua munda dulci, nihil fiet de reſidentia aut de fece: nam qualibet decoctione materia faciet aliquam reſidentiam, ſiue fecem, quouſq; ſit perfectè mundata. Dictæ verò feces colligantur per ſe, mundè, & ſeruentur ſemper, quando diſſoluitur materia in aqua noſtra dulci, & euacuabitur quod fuerit diſſolutum: illnd enim quod erit mundū, vel mundationi aptum ſoluetur in aquam, quod verò erit combuſtum & fixum, remanebit in fundo vaſis, nec poterit ſolui, niſi primitus calcinetur. Et ſcias quod materia diſſoluta, debet eſſe alba ad modum ſalis communis diſſoluti

in a-

in aqua fontis: feces aũt debent eſſe rubeæ. In octo vel in nouem ſolutionib. purificabitur ad plus materia, ab omni terreo, groſſo, & faciet feces. Materia verò Mercurialis ſemper apparebit alba & faciliter puluerizabilis, & ſpecialiter per quartam, vel per quintam congelationem, & ſic habes fixam materiam à volatili ſeparatã. Sequitur tertia pars operationis, per quam præparare debes illas feces, ſeu reſidentiam combuſtam & materiam diſſolutam. Recipe ergo dictam materiam diſſolutam, in qua eſt pars volatilis, & eam congela ad lentum ignem cinerũ, & eam cuſtodias vſq; ad tempus congelatam, quia non eget alia præparatione, illas verò feces fixas ſic præparabis. Recipe ergo dictas feces, quę in fundo permanſerunt, & pone eas in vaſe terreo, bene obturato, ſeu luteo ſapientiæ clauſo, & ipſum igneas in igne carbonum per tres dies naturales adminus, vt materia calcinetur, & caue, quòd nõ ponas in furno reuerberationis, quia talis ignis calcinationis hîc non expedit. Tunc dictã materiam calcinatam ſolue in aqua ſulphuris, acuta, ita quòd totum ibidem ſoluatur. Et ſi contingeret, dictam materiam non ſolui, euacua quod eſt ſolutum, iterùm & illud quod nõ eſt ſolutum calcina, & ſolue, & hoc totiens reitera calcinãdo, ſoluẽdo materiã fixã, quouſq; totũ ſoluatur. Quo facto pone materiam ſolutam in i-

operis, in qua ponitur modus proiectionis medicinæ. Recipe ergo de dicta materia quæ funditur ſicut ſtannum partem vnam, & de Mercurio partes quatuor, quæ ponātur in cucurbita vitrea, & detur ignis ſublimationis per tres horas, & congelabitur Mercurius in maſſam frangibilem ad modū amalgamę. Eodem modo vna pars dictæ maſſæ frangibilis poſita ſupra decē partes Mercurij, congelabit ipſum in maſſam frangibilem, ſicut prius, et erit medicina congelans Mercuriū, & per hunc modum poteris in infinitum Mercurium congelare, quod ſemper erit medicina congelans Mercurium.

Sequitur ſexta pars operis, in qua docetur quomodum ſit procedendū ad rubificationē medicinæ: procede ergo per hūc modum. Recipe Solis partem vnam, & dicti Mercurij congelati partē aliam, quæ ſimul miſce, & pone in furno reuerberationis ad calcinādum per diē naturalem, tunc fiet materia calcinata ſicut cinis rubeus, quòd ſi nō fieret calcinatio, fiat ſic, quòd tale ſignum debet apparere, quo facto, dictus cinis rubeus ſoluatur in aqua noſtra acuta, per modum quem ſuperius poſuimus, poſteacongeletur. Deinde recipe huiusmodi materiæ congelatæ partem vnam, & medicinæ ſuperius poſitæ, quæ funditur faciliter vt ſtannum, partem aliam, quæ ſimul terantur

& imbibantur cum illa parte munda, volatili & diſſoluta, in aceto ſeu aqua noſtra acuta, quouſq; fundatur faciliimè, coquendo amalgamam prius in balneo per tres dies, & poſtea ipſum congelando in cinerib. calidis. Hæc medicina ſimiliter eodem modo, ſicut dictum eſt ſuperius, ponatur cum argento viuo, ita quòd ſit pars vna medicinæ, & partes 10 Mercurij, & detur ignis ſublimationis per tres horas, et fiet amalgama, ſeu maſſa vna frangibilis, & rubea, fixa & fuſibilis, quæ etiam congelabit Mercurium in infinitũ colore rubeo, ponendo ad ignem ſublimationis per tres horas, in vaſe terreo vel vitreo. Et ſi ponas partem vnam corporis albi vel rubei, cum vna parte dictæ amalgamæ ſeu maſſę frangibilis, aut Mercurij cõgelati, & fundas ſimul totũ, fiet medicina perficiẽs omnia corpora imperfecta, in perfectiſs. Solẽ vel Lunam. Et ſi dictum amalgama album vel rubeum cõburatur in furno reuerberationis, quouſq; fiat puluis, & poſtea ſoluatur in aqua noſtra acuta, deinde cõgeletur, erit medicina, cuius vna pars conuertet 41. partes, in verum Solem & lunã, ſecundum quod medicina fuerit præparata.

Modus verò quem Geber ſeruare conſueuit in proiectione medicinæ, & in eius rubificatione, ſimiliter et in eius multiplicatione, eſt iſte. Recipe illius reſidentiæ fixæ partem, quæ

fuit

fuit ſeparata ſupra à materia diſſoluta, hoc eſt fecum, de quib. ſuprà mentionem fecimus, & ipſam partem ſeu reſidentiam fixam, ſolue in aqua ſulphuris acuta, tunc recipe illius medicinæ volatilis mũdę & claræ ſimiliter in aqua noſtra acuta ſolutæ, quæ ſolutiones in ſimul coniungantur, & inuicẽ vniantur: deinde ad ignem lentiſs. diſſolutiones cõgela: poſtea ſublima ex congelata materia, quicq̃d poterit ſublimari, ſublimabitur. n. pars materię fixæ, cum parte volatili aut nõ fixa: tunc ſi remanſerit de materia fixa aliquid quod non fuerit ſublimatum, pondera ipſum & adde de materia volatili duplum ſui, & ſolue vtranq; materiá in aqua noſtra acuta, deinde cõgela, & poſtea ſublima. Dictas aũt additiones medicinæ volatilis, & vniones, ſolutiones & cõgelationes reitera, quouſq; materia fixa cum volatili ex toto fuerit ſublimata. Quo facto, recipe totũ quod ſublimatum eſt: & pone in cucurbita ad ignẽ cinerum, et da primò lentũ ignẽ, poſtea ipſum fortifica paulatim, tunc vaſe refrigerato, vide quid aſcenderit ſeu ſublimatum fuerit, & quid remanſit in fundo cum parte ſublimata, & ſimiliter tere, & incorpora, ſine aliqua imbibitione aquæ noſtræ, deinde decoque lẽto igne, ipſum fortificando vt ſuprà. Et hoc reitera donec materia remaneat tota fixa in fundo cucurbitæ, ita quòd ex ea ſublimetur. Et quia non

eſt impoſsibile, dictam materiam eſſe tantùm deſiccatam, quòd nullatenus funderetur, adde de materia volatili materiæ fixæ, per modũ proximè dictum, quouſq; medicina fundatur de facili, ſicut cera, & tunc procede per omnia faciendo fixum volatile, & volatile fixum, & fixum ſolutum, &c. ſicut Geber philoſophus docet in capitulo penultimo ſui libri. Et ſcias quòd in ſublimatione anteq̃ perueniatur ad medicinam completam, neceſſe eſt materiam ſolui, & pòſt congelari, & deinde ſublimari. In fixione verò medicinæ non indigemus aquis.

IOAN.

IOANNIS GARLANDII ANGLI PHILOSOPHI DOCTISSIMI *De Mineralibus Liber.*

RATIO in animalibus & ſpiritibus mineralibus, & in arſenicis eſt anima, & eſt mineralis. Eius natura eſt calida humida, & duorum colorum; ſcilicet rubri & pallidi. Et arſenicũ quod probamus eſt pallidum, & foliatum, & hoc arſenicum eſt fortius omnibus alijs, nec adeò combuſtiuum omnium corporum: & arſenicum eſt perſimile ſulphuri, in multis operibus, & ſubtilius ſulphure, & in velocitate ſolutionis, & in patientia, ignis. Et pallidum eſt igne patientius rubeo, & pallidum tingit melius, & eius poſtremitates meliores. Et de eius proprietatibus accidit, quòd aliud albificat; ſed non ſeipſum, quãdo exaltatur & denigrat; quando non exaltatur & comburit, dum viuit & quidquid ex arſenico volunt, eſt vt dealbet ſuam vinitionem: & quòd ab eo remoueamus ſuam comburationem. Et dixit Geber filius Haiem, quòd Deus ſibi auxiliaretur ſpoliatio-

nibus. Dixi (inquam) quando arſenicum decoqueretur, in oleo amararũ amygdalarũ, vel in alio oleo erit valde bonum. Et dixerunt alij quod acetum meliorat eum melioratione incorruptibili, & hæc duo arſenica ſunt ſcientiæ acetũ in cõpletione ſuæ operationis, & ipsũ acetum per meũ caput adiuro, demonſtrat in arſenico mira opera, & intellige hæc. Et dixerunt alij, quod ipſum arſenicũ eſt lapis gentiũ, vilis precij, & repudiatus & deiectus, per fora & per ſtercora, & balnea, quia eſt radix calcis causa conditæ cũ qua depilantur mulieres. Tenet etiam viuũ argentũ, & cõmiſcetur ei, quando fuerit cum eo frater ſuus. Dixit Lialich filius Iaſich, quòd in viuo argẽto habetur quoddam occultum, quod non habetur in alijs generib. mineraliũ, & in mineris habentur quædam corpora, quæ ei parificantur vel compaginantur, & ipſum fatigat ſapientes & pigritare facit: & eius condimentum eſt trib. modis, Exaltatio, Lauatio, & pauſatio, donec dealbetur. Et fama ſuæ exaltationis eſt, quòd aſſumes de eo aliquam partem, quam mole & reſolue in vno per duello, ſicut ſcis, & tunc permuta de vaſe in vas, vt bene decoletur, & imbibe eum arſenico puluerizato cum pauca molitione & aſſatione, donec in eo penitus introierit, & poſtea pone in olla vitreata, & tege cum alia ore ad os, & tunc linias diligenter cõpaginationẽ

oris

oris ollarum, argilla mollificata alleuerſi, in qua pili conuoluti ſunt, & poſtea pone ſuper ignem horis 10. primis tribus igni leui, ſeptem reliquis igne acri. Et cum poſt hanc decoctionam infrigidatum fuerit, tunc id quòd exaltatum fuerit collige cum ſpongia, & ſi tibi de eius albedine placuerit, bene erit, ſin autem, repone ſuper ignem & coque, donec ad libitum tuum fiat, & ſic facias ter, & non pluries, & ſingulis vicib. mutabis ſalem ſolutum: & tunc talis erit, qualis eſt camphora, & totum abſcôditum ſcientiæ eſt, vtrùm bene factum fuerit an non, vt ſumas folium argenti calidi, & puluerizes ſuper eum, & ſi fuerit bonum, non denigrabit folium: & fama ſua lauationis eſt, quatenus des ei bibere de ſale ſoluto, vt prædiximus, & aſſa bene in furno panis leuiter, donec de ſale biberit, quantũ eſt ipſummet, & poſtea laua, & cola à ſuo ſale, id eſt in olla vitreata, donec aqua dulcis bene exeat, & poſtea deſicca eum in vaſe ac incerabis eum ſale alkali ſoluto in eadem quantitate quantũ eſt ipſum, donec eum album videas, ſicut ſepum, & poſtea teneas ſuper ignẽ donec reſoluatur, ac poſtea ſubtrahe & cuſtodias.

Item de arſenico. *Cap. 11.*

Accipe de arſenico pallido foliato aliquam

partem,& de ſale foliato, & de ſale maſſæ tantundem & reſolue in aceto acutiſsimo, & hæc in duplo,& des bibere arſenicum paulatim cũ mollitione, & ſiccatione,donec totum biberit & aſſa eum,& laua cum aqua pura, donec tollatur ab eo quicquid ſalſuginis in eo eſt,& donec videas eum album quaſi niuem, & poſtea combure cum eo quod volueris corpus , & ipſum erit valde bonum, quoniam melius eſſe non poteſt. Et fama ſuæ operationis eſt, quod aſſumas de arſenico aliquam partem,& moles eam bene in mortario æreo, & poſtea ſume de ſale quo vtimur, poſtquam aſſatum fuerit, donec ſtridorem ſuum amiſerit, & reſolue in aqua,& poſtea coagula eum,& poſtea reſolue in aceto acutiſsimo, & hoc in duplo, & incera cum eo ipſum arſenicum,hoc eſt dabis ei ad bibendum ad Solem calidum paulatim,cũ molitione facta per digitos,donec totum perbibe rit & fiat album,& poſtea amaſſabis eum cum vnguento,quod nominabimus,in eadẽ quantitate,quantum ipſum eſt, & repone poſt vnctionem in vitreato vaſe,& linias illud, vt ſæpe diximus:& pone in furno calido. & pone illud vitreatum vas in cineres cum carbonibus vt ſit panis ſub Mercurio, & hoc per noctem vnam,& poſtea inde extrahes & moles eum, & totiens hoc facias,donec eum albere videas quaſi argentum,& tunc operare cum eo,& videbis

debis quod deſideras, Deo volente. Pone vnciam vnam eiuſdem ſuper decem vncias cupri, aut ferri, aut plumbi, & fla ſuper illum ignem follibus, donec ſoluatur, & liquefac in argentum, examinatis Deo volente.

De eodem Cap. III.

Accipe arſenicum bonum, de quo prædiximus, aliquam partem, & tantundem de ſale panis, & mole pariter per optimè, & pone in in vitreatum, & circumluta luto ſapientiæ, & & ſuper pone, donec tegatur, aquam caſei, ſic ipſum ſerum acetum, & coque aſsiduè leui igne. Et cum aqua illa fuerit deſiccata, potabis ipſum iterum alia aqua, ſed calida, & eodem modo donec inſpiſſetur quaſi pultes, & cum ſiccatum fuerit, pone ſuper illud tantundem butyri quantum poſueras de arſenico, & pone cum eo paulatim, donec ſoluatur quaſi ſepum & accipe tantundem de alunc, id eſt ſtanno, & liquefacias, & buccellabis cum argento viuo in duplo, & cum buccellatum fuerit, mole eũ cum prædicto arſenico in mortario, & deinde pone illud totum in vitreo vaſe, cuius collum ſit anguſtiſsimum, oppila bene eius os, & luto ſapientiæ linias diligenter, & pone in fornaculo, & ſupra incende prunas, & dimitte, & poſtea infrigidabis, & tunc ab olla extrahe, &

pone vnciam vnam ſuper vnam æris vel cupri, & erit argentum purum Deo volente,

De Sulphure Caput. IIII.

Natura ſulphuris eſt qualis natura arſenici, & eius condimentum quale illius eſt, ſicut dixerunt huius operis ſapientes in ſuis ſcriptis, quoniam hoc minimè probaui; ſed illud ſulphur ego probaui cum viuo argento, & exaltaui cum eodem, et venit in minium valde bonum, et probaui in cupro crematione, & venit in æs vſtum bonum & mirabile: & quicquid ex eo volunt eſt ablatio ſuæ combuſtionis, et ablatio vnctionis ſuæ, ac vt dealbetur vt eſt arſenicum æqualiter: ac melius ſulphur eſt rubeum. Et dixit Geber filius Haien in libro Tractatus Orti, quòd arſenicum operatur in rubedine quantum ſulphur: et ſulphur tantum in albedine, quantum arſenicum, ſed nequaquam probaui. Et fama ſuæ operationis eſt, quod aſſumas de eo aliquam partem, et mole cum alumine eum in eadem quantitate: et ſuperpone vrinam per aliquot dies reſeruatam, ita quòd tegantur, tunc coque leui igne ac bulliet, donec anihiletur aqua, et donec tibi placeat color ſuæ albedinis, qui niſi placuerit, ſuperponas aquam caſei, ac acidam calidam, et coquas donec fiat album, et pone

tunc

tunc in tuis operibus, Deo volente.

De Mercurio Caput V.

Ratio in viuo argento. Sias, quòd ipſum eſt frigidum et humidum, ac Deus ex eo creauit omnes mineras: ergo ipſum eſt origo ipſarum, ac ipſum eſt aereum, ignem fugiens, ſed ſi cum igne aliquántulũ ſteterit, faciet opera miranda, et alta, et ipſum ſolum eſt ſpiritus mundus, ac in mundo talis non eſt, qualis ipſum eſt natura, quòd poſsit operari, quod ipſum operatur, et ipſum eſt quod intrat quodlibet corpus, id eſt penetrat et leuat, ac extollit corpora. Ergo cum ſe miſcuerit alicui corpori, ipſum viuificabit, et illuminabit, et ipſum tranſmutabit de ſtatu ad alium ſtatum, de colore ad colorem, ſi cum eo miſtum fuerit, vel coniunctum, et ipſum erit fermentum corporis illius, ac tunc totum erit Yeſir ad albedinem, et rubedinem, et ipſum eſt aqua perennis, et ipſum eſt aqua vitæ ac lac virginis, ac ipſum eſt herba mundificans et lauans, et ipſum eſt fons animalium, quia ſi quis ex eo biberit, non morietur in æternum, ac ipſum coloris retinens: eſt et coloris medium et ipsũ facit corpora coloris ſuſceptiua, et ipsũ mortificat et viuificat Deo volente, et ipsũ deſiccat, et humectat, et ipſum infrigidat et calefacit,

& ipſum facit opera contraria, ſecundum ſui condimentum. Et cum ipſum viuum fuerit, habet quædã opera, cũ autem mortuũ fuerit, tunc habet opera multum meliora: & cũ fuerit exaltatum, alia habet opera, & cum fuerit ſolutum, habet opera maxima, & ipſum eſt ſerpens ſe ipſum luxurians, & ſe ipſum impræ-gnans, & vna die parturiens, & ipſum ſuo veneno cuncta interficit animalia, & ignem fugit, & interficit omnia in longo vel in breui tempore. Sed tamen viuũ argent. nequaquam poteſt ſeparari, quoniam ipſum fugit ab igne, ſed tamen ſapientes fecerunt per quædã artificia vt ignem expectaret. Paulatim ergo & gradatim, cum igni repugnat, cibãt eum igne, donec expectat aliquantula tantùm expectatione, & tunc ex eo fiunt opera mira, & mutationes, quia ſicut ipſum mutatur, ita mutat: quoniam tunc ei auferetur eius nigredo, & lutulẽtia, et etiam diſcurſio. Ergo ſicut tingitur, tingit: & vt coagulatur, coagulat, & cum ſoluitur, ſoluit aliud, & ſeipsũ albificat, ſicut materia, & ad finẽ rubeſcit, & ipſum eſt lac, & vrina humida, et ipſum eſt vnguentũ ſolutũ, et ipsũ eſt pater mirabiliũ omniũ, et ipſum eſt nubes & nubulum & ipſum eſt ſeruus fugitiuus, & ipſum diſputauit cũ auro & concluſit eũ. Dixit aurũ: diſputéſne mecũ? Ego Dominus lapidũ, & inſup ignem atiés. Reſpondit viuũ argentũ, Verum

rum dicis, ſed ego te genui, & tu trahis origi-nem à me, & quædam pars mei partes multas tui viuificat: & tu es auarus, quia nihil vis largiri reſpectu mei, & ſi quis iunxerit me fratri meo, vel ſorori meæ, viuet & gaudebit, & ero ſufficiens ei vſq; in æternum, etſi viueret annos millies millenos. Et ego ſum totum ipſum abſconditum, & in me ſapientia latet abſcondita, & ego muto omnia corpora in Lunam, cum arſenico, & poſtea in Solem coniuncto cum ſulphure, & in me ſunt condimẽtorũ 4. genera. Vnum condimentũ eſt ſalis atramẽti exaltatio, & etiá ſalis armoniaci, & etiá cum corporib. bucellatio. i. abatio, & cum olfactu ſtanni, & cũ olfactu ſulphuris. Sed exaltatio ſalis, & atramenti eſt, vt aſſumas ex eo aliquam partem, & moles ipſum viuum argentum cum atramento, & hoc in duplo; & cum ſale in eadem quantitate, quantum eſt ipſum, & ſal ſolutum ſit in budello, id eſt duplum, & moles cum ijs, & ſicca donec moriatur in eis, & poſtea pone in alipheam, ſed vide ne qua id eſt aliqua in ea ſit humiditas, & primitus aſſatum ſit in furno panis, viuum argentum per vnam noctem, & in mane à furno extrahe & potabis cum ſale ſoluto, & poſtea in furno repone, & ſit fac multotiens, donec ipſummet nigreſcit, & quanto plus in furno poſueris, tanto plus acquirit ſibi colorem

rubedinis. Ergo tunc ipſum repone in eliphel & oppila bene & diligenter coniuncturas, & ſuppone ignem. Poſtquam bene ſuper ignem poſueris, per tres horas leui igne calefacias, & poſtea per ſeptem horas acri igne, ſi fuerit in diebus æſtatis: ſi verò in hyeme, coquatur à mane vſque ad horam veſperarum, poſtea dimitte donec frigeſcat, & tunc aperias ipſum aliphel, & inuenies ſuperius exaltatum album & clarum Deo volente. Et eius exaltatio per ſalem armoniacum eſt. Quod aſſumas de argento viuo duas partes, & ponas quantum medietatem de ſale armoniaco bene con uoluto, & iterum tunc pone de ſale quantum appoſuiſti de ſale armoniaco, & mole ſemper, donec in eo moriatur viuum argentum, & pone in aliphel, vt prædiximus, tunc exaltabitur ſicut alumen album, lauatum, & hoc eſt vnum de magnis operibus & altis, cuſtodi bene & reſerua. Et eius coagulatio cùm ſulphure. Fama huius rei eſt, quòd aſſumas tres vncias vngenti ſirach, ſi ipſum inuenire poteris, ſin autem de oleo oliuarum, & fac bul lire ſuper ignem, in vaſe vitreato, & ponas cū eo mediam vnciam ſulphuris pallidi, in qua mole paulatim, donec reſoluatur cum oleo, & poſtea remoue ab igne, & mitte frigeſcere in eo, & tunc pone cum eo vnam vnciam viui argenti, & poſtea ollam repone igni, quem

quem paulatim accende. Tunc argentum viuum coagulabitur, & erit lapis rubeus, & tūc abſconde, & cuſtodi, & gaude in operibus tuis & repone. Adhuc alium habet modum, hęc eſt eius coagulatio cum olfactu ſulphuris, & hoc eſt. Vt ligabis argentum viuum in panno ſpiſſo, tunc dependes in olla aliqua, & ponas in fundo eius ſulphur, & lutabis bene iuncturas ollæ inferioris & ſuperioris, & incendes ſub eo ignem per diem integrum, pòſt dimitte vt frigeſcat, & inuenies ipſum rubeum quaſi minium, tunc ponas eum in operibus rubedinis, & cum eo gaudebis, quoniam in eo latent mirabilia magna & innumerabilia. Ergo cum ipſum volueris reſoluere, reſolue cum ſale armoniaco, & ſi volueris argent. viuum coagulatum habebis: et ſi volueris eum dealbare moles cum ſale alkali, & cum ceruſſa. i. blanchet mulierum & durabit ſuper eum mole decoctione & imbibitione: tunc ipſum dealbabitur quaſi eſſet exaltatum in eliphet. Sed ſi volueris quòd eius tinctura rubea maneat perennis, moles ipſum cū atramento, & croco ferri, et cū aqua ſalis armoniaci: tunc ipſum rubeum manebit & eius rubedo durabit, tunc abſconde. Et eius coagulatio cū olfactu de vſuruph. i. ſtanni, fama huius rei eſt quòd facit pilā ceream, et circumline luto ſapiētiæ & cum lutum ſiccatum fuerit, fac in eo fora-

men vſque ad ceram, & inde eam extrahas, & pone in eo argentum viuum, & oppilabis ipſum foramen, & pone in olla, in qua habeatur plumbum, & ſub ea ignem accende per duas horas, et ipſum coagulabitur in lapidem album, & ipſum abſconde operibus tuis, & cum eo gaudebis. Alius modus: & hic eſt, vt aſſumas cannam groſſam, quam circumlinias luto ſapientiæ, & poſtea pone in eo viuum argentum, ipſum, inquam, viuum, donec canna impleatur, & poſtea eam tegas luto ſapientiæ, & facias foueam ſecundum ſuam quantitatem, & ſub eo laminam plumbi ponas, & ſuper plumbum ponas cannam, & liquefacias aliud plumbum, quod ſuperfundas cannæ donec omnino tegatur, & dimitte ſtare donec frigeſcat, poſtea circumlinias illud plumbũ luto ſapientiæ, & permitte ſiccari, & poſtea accende ignẽ ſuper illam cannã, donec plumbum liqueſiat in luto ſapientiæ, & olfactu argentum viuum congelabit illud quod eſt intra cannã, & poſtea frigeſcat & extrahe, & ipſum eſt coagulatum, adeo formoſum inuenies, quòd formoſius non poteſt eſſe, & hoc eſt formoſius experimẽtum quod expertus ſum in argento viuo: tunc abſconde.

Et etiam bucellatio cum corporibus. Fama huius rei eſt, quòd liquefacias quodlibet ipſum corporum, præter quàm ferrum, quoniam

niam ipſum non recipit bucellationem. Et pone ſuper corpus, quod ſoluere volueris argentum viuum, & laua ipſum in bucellatione cum aceto & ſale, donec eius nigredo exeat, & poſtea ſicca cũ ſale, & incera ea cum qualibet aquarum linguam inrer acidam & amarã reddentium, leui igne aut ſole: ſic facies per diem integrum, poſtea ſolue illud, & cum ſolutum fuerit incera cum eo arſenicum dealbatum, & poſtea illud totũ pone ad liquefactionem: quod cum ſolutum fuerit coagula illud. Tunc drachma illius ſola, tinget quadringentas ℥. cupri, & leuabit, id eſt in argentum mutabit & ducentas drachmas plumbi, ſi Deus voluerit. Et ſcias quòd liquefactio eſt radix huius, & in ea eſt totum abſconditum, ergo ſoluas eum ſicut volueris, aut in ſtercore, aut in balneo: tunc tu ſolues cum eo omnes calces, & omnes limaturas, ſi Deus voluerit. Dixit Geber, cuius Deus miſereatur, dixit, inquam, quòd exaltatio talis eſt ſpiritibus, qualis eſt liquefactio corporibus, & nominabimus poſtea famam ſolutionis, id eſt in corporibus. Scias quòd corpora mineralia ſunt quędam ſpiſsiſsima, quæ congelata ſunt ſecundũ operationem naturæ, in tempore longo, & quod primitus coagulatur in ipſis, eſt argentum viuum, & ſulphur, & ſunt origines mineræ & ſunt aqua, & vnguentum, durauit nan-

que ſuper eos decoctio æquales colore & humore, donec inſpiſſarentur, et ex ipſis generantur corpora: tunc mutantur gradatim donec fiant aurum et argentum, in mille annis, et ſi duraſſent hæc corpora in mineris, operaretur in eis natura, donec fierent argentum et aurum: ſed Deus poſuit in hoc minori mundo nobili, qui eſt ſecundum maiorem cauſatus, ſapientiam, quòd poteſt conſequi in vno die hæc corpora in argentum et aurũ, et vocauerunt ſulphur terræ, et eorum condimentũ eſt quatuor modis. Primus eſt calcinamentũ cum ſale, & liquefactio et poſtea coagulatio. Sed calcinamentum eſt eorum cõbuſtio forti igne, cũ ſale vt auferatur ab eis ſulphur, quod in ipſis corrupit: et remanẽt munda vt calx et eſt calx. Dixit Geb. quòd indiguêre calcinatione hęc corpora, vt mundarentur eorum partes, et vt eſſent apta penetrationi humiditatis vt penitus penetret, quæ tunc habet poteſtatem ſoluendi ea, vt corroboretur eorum ſiccitas, tunc magis erunt receptiua humiditatis, aptiora ad tingẽdum ſicut aurum et argentũ, et indiguerunt tali aſſatione plumbum, æs et ferrum pro eadem re quam pręduximus: et vt mundarent ſe à ſulphuritate ſe córrumpente: et vt mundarẽt à ſe vnguentum comburens, et quod breuius eſt ijs omnibus, hoc fit, vt extraheretur ab eis humiditas corrumpens ea,

vt in

vt in eis poneretur humiditas ignea, quæ meliorat in eis ſuam præparationem ad aliud opus, ad quod neceſſaria ſunt, et hoc citò. Corporum opportunũ verò inceramentum quid eſt? Hoc eſt ſubtiliare partes illius rei inceratæ, vt fiat ſubtilior et gracilior, vt penetret humiditas in corpore, quo indigemus in opere completionis: nec erit inceratio niſi per molitionem et imbibitionem, donec fiat, qualis eſt cera, quæ leui igne reſoluitur, tunc attendas: hoc totum inceramentum moderni ſapientes adinuenerunt. Sed diſſolutio, id eſt denotatio eſt, quòd ſumas eadem corpora calcinata, et incerata, et ponas in vitro et oppila eius os diligenter, et facias foueam, ponens in ea paleam, et cum ea vitrum illud, et tegas luto, et pone ſuper lutum ſtercus caballinum, et illud rigabis aqua, et dimitte per dies ſeptem: Ergo illud eſt diſſolutio caliditatis. Sed humiditatis diſſolutio eſt: quòd facias foueam, ponens in ea vitreatum, in cuius fundo parum aquæ ponas, et pendere facias vitrum prædictum in vitreato ſuper aquam, ne aquam attingat, et vitreatum tegas bono cooperculo, et liga bene coniuncturas, et pone ſuper os vitri terram et arenã, et dimitte per diem et noctẽ, tunc diſſoluetur, ſi Deus voluerit. Coagulatio verò eſt quòd aſſumas vitrũ, in quo medicina prædicta fuerit diſſoluta, et pone in olla,

in circuitu pone cinerem cribratum, ne decli nare valeat ipſum vitrum, & poſtea ignem ac cende ſub olla paulatim per horas decem, do nec auferatur humectatio, & deſiccetur humi ditas, & coagulabitur medicina, ſicut minium, ſi fuerit rubea, ſi verò fuerit alba, inueni et eam, vt eſt camphora: tunc operare cum ea, & gaudebis Deo volente.

De Auro. CAP. VI.

Ratio in auro, & melius condimentum, & ſcias, quòd ipſum eſt Dominus lapidum, & corporum, & rex, nec ab aere, nec ab aqua, nec vllo humore corrumpitur, nec etiá igne, nec in igne minuitur, ſed in eo melioratur, quia in eo humiditate quadam humectatur, nec etiam ſulphur cætera comburens corpora ipſum comburit: eius nanque complexio eſt æqualis qualitatis, & eſt clara, & in eo iá quatuor elementorum naturę ſunt completæ abſque excreſcentia, & diminutione in eo, nanque habentur partes caliditatis decem, & ſiccitatis decem. Idcirco & ſapientes ipſum exaltauerunt, & inter cætera corpora melius ſtatuerunt, & ab eo habuerunt compoſitionem maioris Elixir, quia ipſum eſt ſubſtantia æqualis, durans & manens per ſecula ſeculorũ. Et ipſum eſt pars Solis, et dicunt quòd ipſum

eſt

eſt calidum et humidum, et ſic eſt aurum inter corpora, ſicut Sol inter ſydera, quia Sol eſt rex ſyderum et lumen, et cum eo complentur res terrarum et vegetabilium, et arborum et minerarum, et cum eo valent et augmentantur. Et ſimiliter ſe habet aurum corporibus, quia aurum tenet omne corpus, et ipſum fermentat, de Elixir albo et rubeo, non melioratur, niſi cũ eo, nec completur cũ alio, ſicut maſſa quę non completur ſine ſuo fermento. et ſicut corpora cum dealbaueris ea, et exaltaueris, et ab eis ſcoriam abſtraxeris, et omne fœtidum abſtuleris, et volueris ea ſimul coniungere vel miſcere, tunc pone fermentum cum corporibus, et mole eum eis in vnum et amaſſabis cum aqua de los Yſciros, donec ſit in maſſa fermentata, tunc dixerunt quomodo erit? Fermentum corporis, tunc aſpicis fermentũ maſſæ, eſt ne aliud niſi maſſa, et hoc fermentum niſi corpus? Tunc, per Deum neceſſe eſt huic rei hærere et aperire cũ claue ſapientum philoſophorũ. Et dixerunt quòd fermentum eſt id quod dealbat medicinã et aufert cremationẽ, et diruit alta, et corpora reddit leuia, & ponit etiã corpora in corporib. & ea coniungit. Et ipſum fermentum eſt ſigillatio operũ, et cum notitia eius meliorantur corpora, et cõplentur nutu Dei. Ergo ſi tu negligenter illud condideris, corrumpentur opera, quia eius

F

exemplum eſt, ſicut maſſa & fermentum, & ſicut coagulamẽtum in lacte, & ſicut moſchus inter bonos odores. Ergo hoc ſcito, quod cimatio in hoc loco eſt neceſſaria, & fit per arſenicum quod comburit corpora, cum eo quod commiſcetur ei corporibus alienum. Tunc cum volueris aliquid horum corporum comburere cum eo, tunc cum hoc & cum ſuis commiſtionibus cremabis ea: accipe arſen. i. i pallidi aliquam partẽ & mole cum aceto, in quo ſal reſolutum ſit per dies 7. poſtea ſicca & mole & crema cum eo omne corpus: quia cremabitur. Fama verô ſui condimenti eſt, vt ipſum liquefacias in teſta auriſabri, & pone ſuper ipſius partes decem, vnam partem plũbi, tunc plumbum mole, quia moletur: mole iterum cum arſenico condito eiuſdem quantitatis, et pone in olla parua vitreata, & liga compagine ſapientiæ, & incende ſub eo ignem carbonum validum, flando cum follib. et hoc facias tribus horis, vel iaceat in furno vitrorum vel ollarum per vnam noctem, & extrahe & incera cum viuo argento, exaltato cum ſale armoniaco ſoluto aqua atramenti paulatim, donec totum ſuum pondus impleatur, & poſtea pone vnam drachmam eiuſdem ſuper vnam vnciam ſtanni, et fiet aurum valde bonum Deo volente.

Aliud

Aliud eiuſdem rei. CAP. VII.

Accipe aquam claram in vaſe aliquo, & pone in eo almartat tritum & bulliat aliquoties, poſtea calefac auri folia & pone in ea multotiens, donec aurum moli poſsit, quod póne in operibus tuis, & cum eo gaudebis. Aliud etiam bonum. Accipe auri limaturam, & miſce cum eo arſenicum & in hoc panno ſpiſſo, quẽ circumline luto ſapiẽtiæ, & aſſa cum igne per noctem vnam, tunc extrahe & mole, & laua cum aqua ſalis, & pone cum eo tantundem ſalis bene triti, & pone in vaſe ad furnum donec fiat calx alba.

De eodem. CAP. VIII.

Accipe aurum optimum, quantum volueris, facias inde folia quæ calefacta in aqua ſalis extinguas, & poſtea in alia aqua, in qua plumbum tandiu fuit liquefactum, quòd nigrum fuit tunc mole iſta folia quòd bene puluerizentur, adeo quòd nec digitis ea percipias, & poſtea operare cum eo Deo annuente.

Aliud.

Accipe de almarchach, id eſt lithargyro lapide, in quo argentũ liquefit, et mole, & maſſa cum oleo, & pone in teſta aurifabri, donec

fundi ſuperficies tegatur, poſtea accipe auri li maturam et pone in Albot, & liquefac, & cum infrigidatum fuerit, eam mole, & abſconde vſque volueris.

Aliud.

Accipe ex eo aliquam partem, & mole, cum tanto de ſale armoniaco ſoluto, donec biberit, pone in vitro, & ſuperpone acetum valde acutum & dimitte per ſeptem dies in loco humido, tunc ſoluetur in aquam rubeam vt ſanguis, tunc incera cum argento viuo primitus exaltato, cum atramento & ſale, & ſæpe hoc inde facias cum molitione & ſiccatione, donec compleatur bene, poſtea pone ad liquefactionem: quod cum liquefactum fuerit ipſum coagula, & pone drachmam vnam ſuper decem argenti, & erit aurum.

De Argento CAP. IX.

Ratio ſuper argentum, Scias quòd argentum corpus eſt mundum, minus tamen auro, & eſt de partibus Lunæ, quia Luna eſt minoris luminis Sole, & eius pondus eſt minus pondere Solis, ergo ita ſe habet argentum ad aurum. Argentum verò corrumpitur in humo, et in locis humidis, et eius ſapor eſt acidus,

dus, & in eo multa accidunt accidentia, ſulphure comburitur, & igne minuitur: et excepto auro, nullum corpus eo melius eſt, & ipſum eſt auro vicinius omnibus corporibus. Auri enim interiora ſunt argenti exteriora: & eius exteriora ſunt argenti interiora: et eius natura eſt frigida & humida. Et dixerunt frigida & ſicca, et commiſcetur auro & cupro & recipit tincturam. Et iam ex eo fecimus Ycir album et rubeum, & poſtea fecimus inde aurũ et multa mala ſunt ei accidentia. Scito quoniã ipſum eſt nimis tenue et valde timidum, et eſt impatiens eorum quæ ſibi accidunt. Sulphur verò et ſtannũ et ferrum ſunt ei inimica, nanque inferunt ſibi mala, nec ſunt ei conuenientia. Sulphur verò ſolùm eſt condimentum argenti, plumbi et cupri. Et arſenicum verò auri, plumbi et ferri. Ergo hoc ſcias. Et argentum eſt opus ipſius. Ycir albi, et magni operis, iam operatur opus ſuum alkali, id eſt plumbum in opere minori. Et arſenicum & viu. argentũ eſt eius ſpiritus, et ſal armoniacus eſt eis ſeruiens, et eorum coniunctus. Fama ſui condimẽti eſt, quòd eum ſoluas in vaſe albot, et pone cum eo alkali tantundem, quod cum frigidatum fuerit, mole et abſconde. Aliud. Solue plumbum alkali, et pone eum aliquotiens in aqua ſalis, poſtea calefac argentum, quod extinguas in eadem aqua, poſtquam molueris

cum qualibet libra aquæ eiuſdem vnam drachmam arſenici vel ſulphuris, tunc argentum calcinabitur & denigratur, tunc operaris de eo cum ſale ſoluto et aſſa eum in furnello, deinde laua cum ſale, tunc fiet album & mundum.

Aliud.

Si coquatur ſulphur in aqua & ſale, & liquatur cum eo limatura argenti, & iaceat in furnello per noctem vnam, deinde abluatur & mundificetur à ſale, tunc cum lotum fuerit ter, fiet calx alba Deo volente.

Aliud.

Accipe argenti limaturam quantum volueris & pone in teſta aurifabri ſuper ignem, tũc cum iam caluerit ſuppone parum ſulphuris, donec totum comburatur, & fiat cinis, tunc mole cum ſale ſoluto, ſicut prædiximus, & erit albus puluis Deo volente.

De eodem. CAP. X.

Fac argenti folia quanto magis potes tenuia quæ prunis ſuperpone, donec ſint colore rubea, dehinc in oleo extinguas, & hoc fac donec nigra ſint folia, tunc mole ea cum ſale ſoluto, vt prædictum eſt, & abſconde. Poſtea eiuſdem pulueris aliquam partem ſumas, & tantundem arſenici, & hoc incerabis cum alumi

ne in

ne in vrina ſoluto, cum tantundem ſalis armoniaci, incerabis, inquam, cum molitione et imbibitione donec totum inceratum ſit, & tunc illud totum pone in teſta oui gallinæ vacuata & luto ſapientiæ circumlinita, & pone ſuper illam teſtam aliam, & luto ſapientiæ coniuncturas linias: poſtea deſicca & pone ouum in ignem factum de ſtercorib. Yc, vel in prunis non multum calidis, ſed pene temperatis, per diem & noctem, poſtea extrahe & inuenies argentum coagulatum, cuius vnam drachmam pone ſuper octo drachmas ſtanni, & fiet argentum valde bonum Deo volente.

Aliud melius.

Accipe de folijs argenti aliquam partem, & arſenicum conditum illud, inquam, quod cremat corpora quarta parte, & indue ea eo & pone in ouo gallinæ circumlinito, & pone in olla, & hoc cum cinere ne inclinetur: quam pone in furno panis per vnam noctem & diem, poſtea extrahe & illud incera cum aqua aluminis & ſalis armoniaci, donec illud videas ſicut ſepum, tunc illud pone ſuper ſtannum, & erit argentum Deo volente. Sed ſi argenti puluerem ſumpſeris cum arſenico & poſtea molueris & ad cremationem poſueris, tuum opus melius valebit, & pone cum quo volueris opere & deſiderium tuum adimplebis Deo volente.

De Ferro CAP. XI.

Ratio in ferro. Ferrum eſt de partibus Martis, et eius natura eſt calida et ſicca, & dixerunt frigidum & ſiccum, & eſt maſculinum & fœminatiuum, in guſtu, et ipſum eſt fons fortitudinis, ignem patiens cum igne pugnans, et rebus quatuor ſoluitur, ſcilicet cum arſenico, plumbo, magneſia et markaſita: et cum auro commiſcetur & compaginatut, nec ab eo vnquam examinatur, nec de totidem nec alia re, ſed cum miſcueris argentum cum auro, tinget eum tinctura formoſa: et meliorabitur ſi coquatur, et hoc eſt maximum abſcōditum in abſcōditis Indorum ſapientum. Ferrum inter cætera corpora eligere, quia citò componit ſuum opus et leuiter, et eſt ſua tinctura durans in noſtro opere in albo et rubeo, & eius condimentum eſt ſoluere cum liquatione et ſale armoniaco, et poſtea nominabimus hæc omnia. Fama ſui condimenti eſt. Iam diximus quòd ferrum eſt durius et fortius omnibus corporibus, nec in igne reſoluitur, niſi per forte opus, et hoc eſt quòd ſumas de eius foliis, et in igne calefac donec rubeſcant, et in oleo extinguas in quo plumbū liquefactum fuerit aliquotiens, donec minuantur, id eſt fiant in fruſta, quæ etiā ſunt leuia, tunc ſcinde ea cum forficib. quantum poteris ſubti-

ſubtilius,tunc accipe de plumbo aliquã partem, quam ſoluas in cochleari ferreo, et pone ſuper eum argentum viuum in eodem pondere, poſtea mole donec puluis fiat, et facias ſtratum de illo puluere, poſtea ſuperpone ferri folia, et iterum pulueres, et tunc folia donec vás impleatur: tunc pone in fornaculo, et ignẽ accende quam follibus ſuffles, donec illud diſſoluatur, poſtea extrahe: et hoc tantum facias, vſque ſuus color tibi placeat, et quod citò liquatur, tunc operare Deo volente.

Modus alius.

Accipe limaturam ferri quantum volueris, et arſenicum bene tritum, et hoc in quarta parte et compone æqualiter in aliqua ligatura, et ipſum linias luto ſapientiæ, ac ponas in furno et accende ignem fortiter flando tribus horis cum follibus, poſtea extrahe, et mole cum ſale alkali miſtum cum oleo, ac hoc in ſexta parte, et pone in albot, et accende ſub eo ignem carbonum flando cum follibus, donec medicina deſcendat ad fundum ipſius albot, ac totiens facias, vt tam cito ſoluatur, vt plumbum: ſed ſi tibi placuerit, accipe ad hoc de vitro et de antratar, quæ duo mole, et amaſſabis cum oleo, et ex hoc facies pillulas, et prędictam medicinam cibabis illis, et poſtea ipſum decies

ſolues, tunc ipſum cito ſoluetur, & ei in albedi ne adijcietur. Tunc verò cum ſæpe ea ſolueris totiens, vt quaſi plumbũ cito reſoluatur, & donec recipit ictum martelli, tunc accipe drachmam vnã illius ferri, & pone ſuper drachmas quinq; mundi alkali, donec ſoluatur pariter, tunc exibit inde argentum valde bonum ad liquendum & ad ictum martelli Deo volente. Sed ſi etiã accipere volueris de limatura plumbi, & ſoluere limaturam ferri cum eo, vt feciſti cum arſenico, tunc ipſum cito ſoluetur, & adijcietur ei albedo & leuitas, Deo volente.

Aliud.

Accipe de alkali quantum volueris, & amaſſa cum eo arſenicum pallidum, et inuolue cũ eo ferri folia, quæ calefacias et extinguas totiens, vt fiant alba in argenti colore, & ei perſimile omnimodè, tunc abſtrahe, quia durum erit, et argentũ bonum, nec erit differentia inter ipſum et argentũ: tunc iterum mole, & pone in albot, & pone ſuper eum aliquam partẽ de lithargyr. dealbato, aut de ceruſſa, quod eſt blanchet mulierũ, ac fruſta de vitro ſapientũ vel aliud vitrum, tunc citò ſoluetur ſicut aqua guſtu: & cum ſolutum fuerit, tunc eliges, tunc ipſum ſępius reſolue, donec color tibi placeat, quòd ita citò ſoluatur, ſicut plumbum, et poſtea ex-

ſtea extrahe cũ alkali mundo, & tere, & miſce adhuc cum argento quidquid volueris cũ eo operare, quia non eſt melius in toto mundo quia eſt opus citiſsimum & in breui tempore completur, ſed cũ aliquantulo labore tunc cũ ferrum calcinatur & non amplius.

Aliud.

Accipe ſulphuris pallidi partẽ aliquam, & mole eam, & in teſta pone, & eam bullire facias in oleo in quantitate duplici, donec in eo ſulphur ſoluatur, deinde ſume ferri folia 4. tãtum, quæ coquas in igne, & extinguas in prædicto ſulphure & oleo ſæpe & multum, donec comburentur folia, & tunc fient nigra, & molentur. Sed ſi volueris, accipe folia, & ea circũline ſulphure in oleo ſoluto, quæ compone in olla vitreata, & tegas coopertorio, & linias cõiunctionẽ luto ſapientiæ, & pone in furno panis per noctem vnam, ita tamen quòd olla ſit bene ſepulta in prunis acribus.. In manè verò extrahe, & mole bene, poſtea ſume atramenti in ferri quantitate, & aſſa in furno panis vna hora, & poſtea ſolue in vrina puerorum ſerua ta per aliquot dies, deinde cola in vitro, & pone cũ eo tantundẽ ſalis armon. albi Ægyptiaci, & boni, & dimitte donec ibi reſoluatur, & incera prædictum corpus paulatim, donec totũm ebiberit: poſtea pone drachmam vnã ſu-

ſtetur in vrina reſeruata, et hoc in duplo, & ibi dimitte donec reſoluatur, tunc cola bene, & feces abijce, tunc pone totum in vas vitri, & ſuper illud tantundem de limatura ferri pone, & dimitte pariter dies ſeptẽ donec limatura reſoluatur tota in atramento. Poſtea accipe de cupro combuſto quantum volueris, & moles illud, & da ei bibere de aqua illa donec totum epotetur, tunc pone de illis drachmam vnam ſuper ſtanni drachmas quatuor, & fiet aurum Deo volente, & pone ſuper illud drachmam vnam auri, & totum meliorabitur, & erit valde bonum. Tum ergo abſconde hæc capitula, quia ſunt valde bona.

De Cupro *Cap.* XII.

Ratio auri in cupro. Cuprum de partibus auri, & de natura eius eſt calida & ſicca, excepto quòd eius ſiccitas minor eſt ſiccitate ferri, & eſt ipſum eiuſdem duriciei cum argento, & eiuſdem liquefactionis, excepto quòd rubet colore. Si quis ergo ei rubedinem abſtulerit, argentum erit, quia ipſum eſt in ſuperficie cuprum, interius verò argentum, & ipſummet eſt frater argenti, & commiſcetur auro & argento, & tincturam recipit, & fit ex eo Ycir, ad rubeum & album, nec abluitur ab eo ſua tinctura, & cum ſoluitur in aqua atramenti,

vel aluminis omnia ſoluet corpora, & omnes lapides, & eius condimentum eſt ſicut condimentum ferri æqualiter. Fama ſui condimenti eſt, quod ſumas de folijs quantum volueris, quæ facias tenuia, & in oleo pone, in quo parum ſulphuris ſolutum fuerit, vel arſenici, & ſexta pars ſit ſulphur, & inuolue ſupra dicta & compone in vitreato, ſed inferiꝰ pone ſal tritum, & pone ſtratũ ſalis & foliũ do nec ita componantur omnia: tunc tegas bene os vitreati, & pone in furno per vnam noctem de mane extrahe, & moles ea valde bene in mortario ęreo, poſtea laua bene cũ ſale et aqua donec aqua ſit clara, & ſapor ſalis omnino exeat, et guſta aquam, & vide ne ſalis ſaporẽ retineat, et ſicca tunc. hoc æs eſt, quod vmbrã nõ habet, tunc abſconde. Et ſi volueris de rubedine, accipe de atramento aſſato in furno panis, tantũ quantũ cuprum, quod tegat aqua reſeruata, id eſt vrina, & dimitte donec reſoluatur, poſtea cola bene, et ſuppone tantundem ſalis armoniaci. Ergo tũc, quod in eo ſolutũ fuerit tunc incera cum eo corpora, et combuſtum cuprum paulatim, donec totũ incerando ebibatur: tunc accipe ex eo aliquã partem, et de plũbo vſirub quater tantũm, et pone illud totum in albot, et liquefac pariter donec intret totũ, et penetret ipsũ albot, tũc adueniet tibi quod optas Deo volente. Si vero volueris ad album

accipe

accipe de prædicto aliquam partem, et bis tantum de argento, et fac folia argento gracilia, et expande de medicina in albor, ſubtus folia et deſuper, tūc omnia pariter liquefac, et pmitte infrigidari, deinde ponderabis totū, et nihil ſuperérit priori pōderi argenti, et eius color erit citrinus et formoſus: et poſtea bis vel ter liquefacies, et cola, id eſt proijce in vrina pueri ſeruata, tunc eius fiet facies, et eius fricatio pallida, tunc pone de eo partem cum media parte auri, et fiet multo melius Deo volente.

Aliud.

Accipe æris vſti vnā partem, et mole benè in mortario cū vna parte ſulphuris, et pone in olla vitreata deſuper bene oppilata, et pone in furno panis tribus horis vel 4. ſed ſi loco æris vſti azzimar purum, id eſt minium, et bonum poſueris, quod cum ſulphure cremabis, ſicut tibi prædixi, & poſtea mole cū aqua atramenti, et ſalis armoniaci, ſicut ſcis, tūc pone drachmam vnā ſuper drachmas duas argenti, et exibit aurum optimum: et ſi color tibi diſplicuerit, liquefac iterum, et pone deſuper drachmā aliam argenti, et erit valde bonum, et lauda Deum: et hoc facere poteris in vno die. Sed ſi volueris illud aurum purificare, accipe de vtroque æqualiter, et reſolue ter, et tunc

erit aurum valde bonum & optimum.

De Ferri & æris mundatione Cap. XIII.

Accipe de allijs multum bonis 4. capita, vel quantũ volueris, quæ tere in mortario ligneo cum ſale pauco & cum alumine & tunc pone, & ſuperfunde acetum acutiſsimum, donec ſal id eſt receptionis tegatur ſuperficies, et decoquatur benè: vt iam poſuimus in alia receptione, aquam de ſabon, & illud eſt valde bonum, & melius omnibus rebus quæ cum eo operantur, ſed tamen ego hoc nunquam probaui: & poſtea accipe cupri folia valde gracilia, quæ calefacta extingues in eo multotiens, donec fiát alba, tunc miſce cum argento ea ſicut tibi placuerit. Si verò volueris minuere, ſcinde ea cũ forficibus, et pone in albot, cum modico alkinzar, aut de vitro tunc cum ſolutum fuerit, pone vnciam eius ſalſi, cum vncijs decem de Yxir albi, et adde duas drachmas argenti, et veniet tibi inde argentum bonum, aptum ad liquendum et calefaciendum, ac patiendum martellum et nunquam mutabitur.

Aliud valde bonum.

Accipe æris limaturæ partem aliquam, & tantundem viui argenti, & mole pariter donec a-

necamaſſentur, poſtea laua bene cum ſale & aceto donec benemundentur, & poſtea cum aqua pura, tunc ſicca:et accipe atramentum quantum eſt cupri, et ſolue in duplo tantum puerilis vrinæ,et cola, et pone ſuper eum tantundem ſalis armoniaci, et incera cum hac aqua paulatim,donec totam ebibat, et fiet illud coloratum colore vitri pallidi, rubentis, qui color Arabice dicitur Firphir. Iam aſſociauimus viuum argentum cum cupro, ergo operare cum eo & gaudebis. Quòd ſi albedinem volueris loco atramenti pone alumen de aleman, & facias cum eo iam vt prædictum eſt, quod pone ſuper cuprum, et conuertetur in argentum Deo volente.

De Stanno Cap. XIIII.

Ratio de ſtanno,quod eſt alicus & elcebertam et plumbum alkali,et eſt de partibus Iouis, et eius natura eſt calida et humida, et licet ſit minimæ caliditatis, et eius complexio corrupta ſit, quoniam ſulphur vincit eum in minera,et in eo habetur mollities et vox,et feſtinatio ſolutionis,et eſt ſaporis acidi. Ergo ſi quis ab eo has quatuor infirmitates abſtulerit eum conuertit in argentum Deo volente,et ipſum recipit tincturam, et in eo remanet, et dealbat cuprum propriè, quia eſt ſingulare ei

& recipit tincturam rubedinis, & fit ex eo Sol optimus, & faciunt ex eo aquá acutam, vt tingant cum eo argentum viuum, & eſt argenti inimicus, et cupri, et conueniés auro & ferro. Fama ſui condimenti eſt, quòd ſumas ex eo aliquam partem in diſco ferreo, quę coleti dicitur leachola, vel in cochleari & liquefac, & pone ſuper eum pondus triti ſalis, & volue aſsiduè cum ferro, donec fiat puluis, & poſtea extrahe, & pone in olla noua, & os eius claude, et ſuperpone lutũ ſapientiæ, & pone in furno panis per noctẽ vná, et de mane extrahe, & mole, et fac bullire in aqua tanta, quòd ipſum cooperiat, et pmitte donec deſcendat inferius in vas, poſtea abijcias aquam ſalſam, & ſuperfunde clarã, & cõmiſce multũ bene, & dimitte parum, poſtea cola. Sic ergo facias, donec aquam ſine ſale guſtes, & quòd ſit ſine nigredine, poſtea ſicca & fiat calx. Poſtea ſume tãtundẽ aluminis de Alemã, & mole, et humefac in duplo tantũ aceti acutiſsimi, aut in vrina reſeruata, & pone ſuper eum tantundem ſalis armoniaci Ægyptiaci & albi, & dimitte in eo, donec reſoluatur, et incera paulatim molendo, & ei ad potandum dando, & ponendo eum ad ſiccandum ad Solẽ: poſtea cum ſiccum fuerit, mole dum, & da ei bibere guttatim, nec pone totũ in ſimul ad bibendũ, et ſic fac cũ eo paulatim, donec inceretur, & molleſcat, videbis.n.in de

cima

cima vel vndecima vice, quòd adhærebit manui tuę et marmori, et fient ei9 partes molles et lenes. Tunc accipe de cupro ℥. vnam, quam in albot ſolue, et accipe de eadẽ medicina drachmam vnam, quam pone ſuper cuprum flando fortiter cum follibus, donec ſoluatur, tunc erit argentum valde bonum.

Aliud valde bonum.

Accipe acetum acutum, et ſolue in eo ſal pânis, et ſal armoniacum, tunc cum ſolutum fuerit in eo ipſum cuſtodias: tunc accipe de ſtanno quantum volueris, et reſolue in cochleari ferreo, et cum ſolutum fuerit, ſuperpone ei rẽſinam, et ibi dimitte donec comburatur: cum verò combuſtum fuerit, vacuabis in aqua prænominata. Ergo ſic fac aliquotiens, donec illud bonum inuenies. Sed ſi volueris pone de hac aqua ſuper ſtannum donec minutetur, et poſtea mole cum iſta donec eam biberit, et poſtea operare cum quo volueris, et votum tuũ adipiſceris. Et iuro per magnum Deum, quòd iſtud abſconditum, quod omnes abſconderũt ſapientes, ſi Deus dederit tibi intelligere, et ad tui intelligentiam, facile eſt.

De Plumbo Cap. XV.

Ratio in plumbo vſurub. Eſt autem frigidum et ſiccum, et eſt de partibus Saturni, et in

eo eſt aurum et argentum eſſentialiter, non viſibiliter, et eſt corpus ponderoſum, et tardi motus, et eſt receptiuum tincturæ, quam poſtquàm recepit, nunquam eam amittet, et ab eo exit argentum, et eſt eius cauſa, et fit ex eo lithargyrum, et ceruſſa, et azrant, et ab ipſo exit Elixir maximum ad rubedinem, et ad albedinem: at ex ipſo etiam fiunt aquæ et cum eo tenetur viuum argentum, et eius aqua conueniens eſt ferro, quando etiá cum eo miſcetur, nec ſeparatur ab eo, et cum ſtanno miſcetur, non ſeparatur ab eo et melioratur cum cupro conditum, et bene concordat cum argento, excepto quòd diuiditur ab eo per decoctionem, quæ ſolet argentum purificare. Ipſum verò nũquàm auro aſſociatur, nec cum eo melioratur, nec ei cõgaudet. Eius namq; olfactus minuit aurum et coagulat Mercurium. Indiæ philoſophi etiam dixerunt, quòd ipſum eſt vicini9 omnib. corporib. auro, quoniam auri interiora ſunt frigida et ſicca, et vſurub interiora ſunt câ calida et humida: et conuerſa vtrobiq;. Ergò manifeſtũ eſt, quòd ſuperficies vſurub, eſt frigida et ſicca, et eius interiora ſunt calida et humida, contradictoriè plumbo alkali, cuius alkali interiora ſunt argentum et ſuperficies aurum, viciniora ipſi vſurub quàm alcali, et citi9 conuertitur in aurũ et argentũ, et eſt vilioris precij, et maioris multiplicationis. Et dixit Pythagoras,

thagoras, quòd plumbum eſt magnitudo, & quod totum abſconditum in eo eſt, & quòd ipſum eſt mulier mollis, & dixit quòd hæc tria mulier habet in ſe, ſcilicet nigredinem, albedinem, rubedinem: & adhuc alia 4. ſc. humiditatem, liquationem, velocitatem & ſiccitatem: quia ipſum eſt aqua ſulphurata, & comburens frigiditatem, quia ipſum extinguit calorē ſui maſculini. Ideo namq; impoſuerunt ei hoc nomen, aqua ſulphuris, nec aliquid poſsibilius, nec fortius, nec ei vicinius cognouimus ea muliere. Et dixit Anfridius. Ne dicatis quòd plumbum ſit à plumbo alkali, nec ab alijs corporibus, ſed ipſum eſt aurum, in quo infirmitas introiuit in mineris, et ipſum communiter ſicus infirmitas intrat puerum nondum natũ, ſed in ventre ſuæ matris, & ipſum eſt frater auri in omnib. ſuis rebus, ſed aurum eſt corpus perenne & ponderoſum, & vnitũ, & durat ſub terra, & patitur aerem & aquam, nec comutatur, & eſt ſicut dicimus. Ergo cum probare volueris, & diſcernere verum à falſo plumbo, accipe teſtám & crema illud, cum igne tranſuerſo, vt faciunt figuli in paropſidibus vitreatis, tunc ipsũ fiet albũ, et fiet ceruſſa: & ſi ignē adhunc ei dederis fiet azrár. Fama ſui condimenti eſt, quòd ſumas ex eo aliquam partem, quá liquefacies in cochleari ferreo, & pone ſuper eum pondus ſuũ argenti viui, & poſtea in mar

more plano pone,& accipe pondus vnius eorum ſalis aſsi, quod ſoluas in duplo aceti acuti,& cola,& da plumbo ad bibendũ paulatim per molationem & ſiccationem, donec nigrũ fiat,& poſtea in igne cremabis,donec albũ fiat & poſtea lauabis eum à ſale, & operare cum Dei velle. Sed ſi volueris pone cũ eo ſal armoniacũ,& ipsũ imbibas eis, & erit valde bonũ.

Alius modus.

Accipe de vzurub aut de vnt quantum ex eis volueris,& reſolue in cochleari ferreo,& ciba vnamquanque librã eius ſoluti vzurub duabus ℥.ſulphuris, & duabus etiam ℔. arſenici, vnam de vnt cibabis, & moue illud cũ ferro, donec fiat terra nigra in hora vna,poſtea mole ipſum cum tantundem ſalis ſoluti in acuto aceto,& cũ totum ebiberit, pone in olla vitreata,quæ ſit ignem patiens quam horis 10. ſub ea accende donec exeat calx alba.

Modus alius.

Solue ſal in duplo tantum acuti aceti,& accipe de limatura vzurub, aut de limatura vnt, & mole paulatim donec totum ebibatur,&poſtea iacere facias in aceto,vt prædiximus,& erit albus puluis,id eſt ceruſſa,quod de vſurub.

Accipe

Accipe plumbi folia quantum volueris, quæ ſuſpende in tinacula, in quibus ſint vuæ acidæ, & extrahe duodecim diebus elapſis, & rades ea, & quod ab eis raſeris pone in cribro, & cribra & munda, & fac ex eo anſrans, quod vitro compone, & figuli vocant meoricio, & accipe quod cribratum fuerit, & pone in vaſe cum aqua, & cum ſale pauco, & conuolue, & fricabis bene cum manu, & dimitte pauſare, & extolletur aqua, quam defunde, & pone aliam aquam donec fiat clara, poſtea in lateribus aut in tegulis pone ad Solem, tunc veniet valde bonũ & formoſum: fit etiã albũ de plũbi limatura, ſicut miniũ fit de limatura cupri.

De Vitro Cap. XV.

Ratio in vitro, & eſt de partibus Mercurij, niſi quia ſit hoc quod recipit tincturam & colorem, et etiam ipſum ſoluit ferrum, & omnia diſſoluit corpora, facit etiam eo fluere & diſſolui, ſed in eo nihil probaui niſi in gemmis & quaſdam earum nominabo Deo volente laguntinæ rubeæ. Accipe vitrum bonum, quod adducitur de laeras, quod liquefat in albor, & cum ſolutum fuerit, ſuperpone vni ʒ pondus vnius grani de illo lapide, qui Arabicè dicitur Sedêne, id eſt Condite, Latinè Amethyſtus, et poſtea vacuabis illud, ſuper quam formam

volueris, & erit tale quale melior Hyacinthia totius mundi Deo volente.

De gemma pallida Cap. XVI.

Accipe de vitro prædicto quantum volueris, & reſolue cum pauco ſale alkali, & cum ſolutum fuerit, pone in eo pondus vnius grani, & de croco ferri, condito aqua atramenti, & ſi tibi placuerit de colore, bene erit: ſin autẽ adhuc, ſuperadde & erit pallidus, perſimile lagunciæ Deo volente.

De Rubino Cap. XVII.

Reſolue prædictum vitrum, vt prius, & pone in eo vnum granũ magneſiæ dealbatæ conditæ, & cum lapide azuri mineralis ſoluto in aqua aluminis & probabis paulatim. Si fuerit eius color quaſi nubes bene erit, & ſi nõ idem facias donec bene coloretur Deo volente.

De Smaragdo Cap. XVIII.

Solue vt diximus, & pone in eo põdus grani azimar, & hemet paulatim ſolutũ, donec color placeat Deo volente. Iam cõpleuimus noſtras rationes ſuper corpora & ſpiritus & ſalibus acutis conditis. Et reſtat, vt nominemus

quod

quod reſtat, et colligemus delcot, codiet de condimento lapidis, et compoſitionibus velocibus, quod vtile eſt diſcipulis egentibus, maius opus componentibus.

De Alcalt. CAP. XIX.

Accipe de alcalt foliato albo quantum voIueris, et mole donec totum tranſecetur, et poſtea liga in panno lineo mundo, et ſpiſſo, et accipe ollam vitreatam, et pone in ea de fabis ſiccis quantum ſufficiat, et cooperi aqua et pone eam ſuper ignem, et depende pannum in quo ligaſti alcalt in vapore fabarum, donec videas ipſum intra ſe collectum, et dimitte per horam vnam, poſtea extrahe et accipe diſcum vitreatum et ſolue in eo ligamentum, et proijcias in gurges, ſecundum quam vovolueris quantitatem, et poſtea frica fortiter cum manu, donec nihil in diſco remaneat de alcalt niſi totum ſolutum fuerit, et collige tūc inter tuas manus illud quod factum fuerit in fundo diſci, quaſi viuum argentum. Et ſi poſueris in fundo parum aquæ, donec pannus in eo ſubmergatur et ipſum alcalt ſoluatur, tunc deſcendet in fundum diſci, quaſi argentum viuum. Ergo cum ita videris, colabis aquam ab eo paulatim, donec clarum illud videas, poſtea ſicca et conſerua illud, quia eſt ſi.

cut calx. Poſtea ſume de eo partem aliquam, & tantum viui argenti exaltati, & coagulati, & tantum ſalis armoniaci ſoluti, quantum vtrunq; eſt, mole cum aqua ſalis armoniaci, donec vnum commiſceatur alteri, & poſtea collige in olla vitreata, & liga bene caput eius, & ſub terra pone loco humido ſeptẽ dies, tunc inuenies illud ſolutum, tunc circunda ollam cinere & da ei ignem leuem, donec coaguletur ſicut ſepum. Tunc pondus albelati vnius ſuper drachmas decem alkali pone, & mutabitur in argentum Deo volẽte.

Aliud valde bonum.

Accipe de ſale alkali ſupraſcripti, & eum in aliquo budello ſolue, poſtea accipe de alcali aliquam partem illius (inquam) quod ſolutum eſt in aqua fabarum, & tantundem arſenici ſublimati vel dealbate, & mole cum hac aqua, & ſicca cum Sole aliquotiens, aut ſuper ignem aut ſuper cinerem calidum, donec fiat vt ſepum mollitie & humiditate, & pone in vaſe vitreato, donec ſoluatur ſicut cera, & operare cum eo in quo volueris.

De lapide Marchaſita quæ eſt lapis mineralis & eſt argentea & aurea.
Cap. XX.

Et

Et inueni in libro proprietatum, quod Marchaſita ſoluit ferrum cum ſpergitur ſuper illud, & comburit cuprum & argentum, & conſtringit plumbum alkalai. Fama ſui condimēti eſt, quòd ſumas quam partem volueris earum, mole eam bene, & volues eam elſabon, & cum vitro, & ſolue in albot, & accipe puriſsimum quod in eo eſt cum ſolutum fuerit, & abijce feces, & hoc ſi feceris bis vel ter, melius erit, poſtea autem puriſsimum quod in eo eſt, quod Arabicè dicitur Cicera, & fit fruſtum album per ſimile argento, excepto quod frangitur ſub martello, et ſi molere illud volueris, molietur, & ſolue illud in ſale armoniaco ſoluto in aceto, & incera cū eo illud donec totum ebibatur. Tunc ipſum erit Elixir valde bonum, & non indigebis alio Deo volente, & pone de eo ſuper vnt mundum & ſtringet eum & indurabit, & abſcinde velocitatem & eius fetorem, & poſtea proijcies de illo vnt ſuper cuprum rubeum & dealbabit eum formoſa albedine. Ergo eùm aſſocia argento vtcunque volueris, habebis vtilitatem in vno die, & melius propinquius quòd poteſt eſſe, & ſufficit tibi pro omnibus alijs. Ergo abſconde.

De Alumine. *Cap.* XXI.

Ratio aluminum & ſalium, quæ ſunt neceſ

ſaria in hoc opere, et hæc eſt ratio atramenti. Scias quòd atramenta ſunt multorum generum, et eorum mineræ ſunt inuentæ. Hæc ſunt aqua et tinctura, quæ coagulauit ſiccitas terræ, et eſt in ſua natura calidum et ſiccum, et vnum ſuorum generum eſt colcotar, et ſory et calcithis et calaminaris: et melius horũ eſt contrà nos, et in Inſula Hiſpaniæ quod adducitur de Lobla Inſula: et hæc atramenta denigrant corpora, et addunt rubeo rubedinem et denigrant albedinem, et ſubtilius eorum eſt colcotar, et groſsius eſt ſory. Et dixit Geber filius Haien in ſuo libro, iu quo tractat de rebus ſpoliatis. Scias quòd atramentum eſt quædam origo originum operis, et hæc origo eſt multum exaltata, et ſuum condimentum eſt aloacaph, &c. quia atramentum duræ penetrationis eſt, et illud aloacaph facit atramentum penetratiuum. Et dixit, quod in atramentis habentur ſubtilia ſulphura, et colorant et illuminant, et fortaſsis tingunt, et tu proba, ne dubites. Idcircò aperi cor tuum, et proba quod dixi, fortaſsis et vna ſuarum proprietatum eſt, quòd ipſum atramentum retinet omne effugitiuum, ne fugiat et ſcias hæc, et fama qualitatis ſuæ opinionis eſt, quòd aſſumas ex eo quantum volueris, et pone in vaſe et repone per vnam noctem in furno calido, tunc ipſum atramentum exibit rubeum,

rube-

rubedinis valde intenſæ, tunc facias illud cooperire aqua clara dulci in quadruplo et dimitte donec reſoluatur et defæcabitur, tunc cola ipſum, et reponas donec opus inde habeas.

De eodem. CAP. XXII.

Ratio aluminum. Alumen eſt quoddam vnguentum quod coagulat ſiccitas terræ, et eius mineræ ſunt multæ. Et dixit filius Inthu elis Cordubenſis, quòd alumen habet mineras contra Meridiem, et in territorio Cordubæ in quodam loco qui vocatur Agnamaraſin. Et natura eius eſt calida et ſicca, et hæc eſt retemptor omnium volantium, et mundator corporum, mundat corpora mundatióne formoſa, et facit corpora ſplendida et addit in earum tinctura: ſed album denigrat, donec de neget colorem ſuæ naturæ, et poſtea non mutat in rubeum, et ipſe eſt duplator vnius, et triplat duo, et quadrupla tria. Et dixerunt quòd alumen eſt nobilius omnibus lapidibus, quia eſt frigidum propter acuitatem ſuam, et ipsũ conuenientius ómnibus rebus, ad condiendum arſenicum, id eſt auripigmentum et ſulphur, et conuenientius eſt ijs. Et qualitas ſuæ operationis eſt, quòd aſſumant alumen iamenum, quod eſt album et laua eum et purifica, et mole bene, et pone in olla vitreata, et pone

ſuper illud in quadruplo de vrina puerorum: poſtquam coctum fuerit & quieuerit, & poſteá fac bulire cum alumine leui igne & miſce cum ligno bene, & poſteá dimitte donec defæcetur, & cola diligenter & abſconde vſque ad horam qua opus fuerit.

De Salibus. *Cap.* XXIII.

Ratio ſalis. Scias quòd ſales ſunt multi, & nobilior eſt ille, qui dicitur ſal gemma, & poſteá ſal panis, & poſteá ſal Indiæ, & ille eſt rubeus, & poſtea ſal Nabatæus, & poſtea ſal Calcis, & poſtea ſal Amarus, & iſte eſt in inſula Hiſpaniæ quæ dicitur Alendalus circa ſtagnum Mariæ, & in loco qui dicitur Belmchot, & eius natura eſt calida & ſicca, & eſt aqua, quam ſiccauit ignis, et de eius proprietate eſt, quod ſoluit argentum fortitudine ignis, & addit in eo argento albedinem, & mutat illud à corporalitate in ſpiritualitatem, & ſic agit cū auro & addit rubedinem, & lauat corpora ab inquinatione, & finit eius ſpurcitias, & cum eo calcina corpora & non cum alio: & ideo vocauerunt eum ſapientes argentum populi: ideo, quia omnes gentes eo indigent & vtuntur eo in omnibus rebus & condimentis totius ſeculi, & cum eo meliorantur omnes creaturæ, et Deus multum eum laudauit in hiſtoria:

ria:et cum ſtudueris in eo, tunc inuenies eius altitudinem, et inueniunt ſalem in omnibus cineribus vegetabilium et in calcibus lapidum, et in oſsibus animalium, et in omnibus rebus in quibus poteſt reperiri. Totum abſconditum eius eſt in eius cognitione et ſolutione et coagulatione. Et qui hæc nouit iam ſalem abſconditum prouidit, et ille ſcilicet ſal, eſt elſabon ſapientiæ. Sal albificat corpora, et mundat ea et ſoluit, et coagulat ſpiritus, et retinet eos et defendit eos ab igne ne adurentur. Et pone mentem tuam in ſale et non ſtudeas niſi in eo, et vides quod omnes ſapientes circa complementum diuertunt ad ſalem, et nominant eum multis modis et nominibus, nec aliud volunt tractare niſi de ſale condito, quia ab ipſo venit ſal magnum, fixum, vt ignis refugitiuum. Et dixit Ormos filio ſuo, O fili, quando tu intelligis elſabon ſapientiæ, adipiſcere deſiderium tuum, et habebis illud bonum maximum, quo homo indiget, et illud eſt valde durum inſipientibus et ſtolidis, et valde breue inde facientes. Et dixit huius operis compoſitor, cuius Deus miſereatur, quòd defectus huius operis inquiſitor non fuit. niſi quia neſciuit condimentũ, quod abſconderunt ſapientes, et etiã in libris deleuerunt, nec manifeſtè illud docuerunt. Et ego iuro per nomen Dei cuncta ſcientis,

quod qui ignorat ſalem abſconditum, nihil adeptus eſt rei illius, quam erat adepturus; quia et qui ignorat huius abſcondita, eſt quaſi q vult mittere ſagittas abſq; chorda. Modus ſui operis eſt vt aſſumas ex eo aliquam partẽ, et eam diligenter mole, et pone in furno in quo panis coquitur, ibiq; iaceat per vnam noctem vel per vnum diem, et poſtea reſolue eum in aqua dulci: ponitur in duplo, et poſtea coagulabitur et dealbabitur quaſi nix: tunc abſconde, et non operaberis ex eo niſi cum ſolutum fuerit, et ſi feceris, nullam vtilitatem conſequeris, niſi ſolutum fuerit.

De Sale alkali. CAP. XXIIII.

Ratio ſalis qui dicitur alkali eſt melior ſalibus et formoſior omnibus, et conuenientior admiſcendum cum ſale maſſæ, qui eum coagulat et eum reddit fixum et ſtabilem, et ideò impoſuerunt ei hoc nomen, ſcilicet dominum lapidum et fixorem, et ideò eſt fortior omnibus ſalibus, et fit de vegetabilib. herbis ſcilicet, et vegetabile duas habet vires, ſcilicet vim mineræ et vim vegeitatis et oleitatis, quia hæ vires iunguntur ei cum vi animali, et tu appone mentem tuam ad ſalem alkali, et ad lapides albos, qui vocantur vulgò Ginge albæ, quoniam prædictis ſalibus clarificat illis

Ginges,

Ginges, & mutat in album vitrum, & alij ſa les non habent tales proprietates. Et iuro per vitam meam, quòd probauimus ſalem alkali, poſuimus ſuper ignem, & citò ſoluit, & multò citius omnib. ſalibus, quod vidimus, quia ſal alkali habet in ſe quandam demonſtrationem albam, non adurentem, ergo iſte ſal nobis ſufficit, relictis alijs: & eius natura eſt calida & humida, quia ipſe eſt quoddã vnguẽtum, quod coagulauit ſiccitatem igneam & dixerunt, quòd ſua natura eſt calida & ſicca, & eſt fixa in igne, & vincit omnem volantem qui eſt ex mineris, ſicut ſunt arſenicum viuũ & ſulphur & arſenicum, id eſt auripigmentũ & coagulat talia, & retinet in igne, & reſoluit omnia corpora. Ergo ſufficit tibi hic ſal, eſto contentus eo relictis, alijs ſicut vitrum eſt, quod cum eo fit, quia cum eo tales minerales, id eſt lapide & zages, id eſt ſpiritus & cum eo ſoluuntur & diſſoluuntur, id eſt liqueſcunt, et ita abſque dubio erit eius affectus in corporibus & in ſpiritibus. Ergo habe ſpem quôd in ipſis habetur ſapientia, quam primi ſapientes excogitati ſunt, & excogitatio fit mirabile abſconditum & opus maximum fit. Ego iuro tibi per nomen Dei, quod iam detexi tibi occultam abſconditam occultationem. Et ſuæ operationis fama eſt, quòd ſumas de alumine doloxo ſoa aliquam partem, & molas diligen-

leuat corpora & ſoluit ea, & etiam coagulat & retinet omne fugitiuũ, & omne volans, & cum eo incerant corpora & ligant ſpiritus, & hoc abſconderunt ſapientes, & ſub velamẽto eundem nominauerunt, et hic ſal eſt ſal armoniacus, ſapientiæ & ſuum acetum, et ſuũ ſal, & ſuum anticar: ergo ſcias hoc.

De ſale armoniaco. CAP. XXIIII.

Ratio in ſale armoniaco. Scias quòd ſal armoniacus eſt multò melius & nobilius omnibus ſalibus in condimento, quia ipſum ſoluit argentum viuum, & mutat illud in aquam currentem quando exaltatur cum eo, & poſuerunt illud ad ſoluendum in loco humido, & eſt vnguentum quôd coagulauit ſiccitas ignis, & eius natura eſt calida & ſicca, & ſubtilis, & penetrat à parte in partem, & eſt ſpiritus volans & adiutor Alieſir, & niſi eſſet pro eo, non compleretur Ylieſis, nec ſolueretur, nec poneretur vnũ cum alio, et in eo occultatum eſt omne abſconditũ, et ipſum eſt intrans & exiens, & incerator omnib. corporibus, et ſiccator ingrediẽs fundamentorum corporũ, et ſoluit corpora, et ipſũ eſt lapis agẽs & vnitor vel copulator contradictorũ et omniũ cum corporib. & ipſum eſt lapis generans donec mundus ſtabit, et in eo eſt occultum maximum, & cum ipſum ſolueris, et ſol-

ueris ſalem panis, & commiſcueris & coagu-
laueris donec dureſcat & ſplendeat, q. grando
vel glacies, & tunc ligata erunt pariter &
miſta & ſemper ſimul morantur & compagi-
nantur, & retinent vnumquodque aliud, &
ſunt fixa, & durant ad ignem, nec fumum fa-
ciunt, cum cremaueris & tunc cum ita coor-
dinata fuerint, limabis quodlibet corpus
quod reſoluere volueris, quia hæc medicina
ſoluet & reſoluet cum nutu Dei, & maxime
ferrum ſoluit. Et ſcias quòd cuiuſque rei con-
uenientia laudat eam, & bene de ea loquitur.
Et radix ſalis armoniaci, eſt de ſtercoribus &
de humiditatibus animalium, & maxime con
creatur in illo loco, vbi fit ignis in balneo, &
in fundo caldariæ, & in illis meatibus per
quos ignis mittitur ſub caldarijs, & poſtea
completur ſuum opus cum exaltatione, &
ideo ſe fecit dominum maximum ſuper om-
nes ſales, quia in alijs ſalibus non habetur ta-
lis ſpiritus, vt in hoc, & eſt in mutatione ter-
tia. Et fama ſuæ operationis eſt, quòd ſolua-
tur in olla vitreata cum aqua vel in vaſe vitreo
aut ſuperpone eidem tria folia apij vel betæ,
& melius eſt quod tibi exaltetur, ſi volueris
cum eo operare in duobus plumbo aut in æ-
re, aut in ferro. Et ſi operaberis cum eo in au-
ro vel argento, exalta eum ſeptem vicibus, &
tunc erit valde bonum. Et fama ſuæ opera-
tionis

tionis eſt, quòd ſumas de ſale armoniaco aliquam partem, & mole cum tanta quantitate ſalis & exalta in alutel, id eſt in galea roſarum, & exaltatur eo ſale ter vel ſeptem vicibus, & renoua ſaltem vnicuique exaltationi, & inuenies eum quaſi niuem in coopertorio alutel, ſi Deus voluerit, &c.

FINIS.

H 5

IOANNIS GARLANDIJ *philoſophi excellentiſſimi vita.*

IOannes Garlandius Grammaticus & Poeta à teneris pueritiæ annis, bonis artibus & quales illa dabat ætas ſe totum conſecrauit. Ac creſcente poſtea annorum curriculo, dũ Anglia Danorum incurſionibus vaſtaretur, relictis patriæ ſue gymnaſijs, ad tranſinarina ſtudia ſe contulit, vbi ſcientias liberales in maiori copia, & ore pleno, veluti ab ipſo fonte hauriebat. Hac aſsidua poſt honeſtam educationem diligentia & induſtria, quam ſtudijs his impendebat, ad vnum omnes qui cum illo vnà diſcebant, facile vicit. Qui labor adeo non fuit inutilis, vt inde eximium gloriæ nomen ſibi ſtatim comparauerit. Nam dexteritate & facundia eius delectati quidam nobiles, propoſitis conditionibus honeſtis illum retinuerunt, vt Latinæ linguæ elementis ac poeſi pubem excoleret. Vnde breui ad eum magnus ſcolaſticorum confluxit numerus, quos publicis lectionib. ad honeſta ſtudia incitauit. Tandem in gratiá poſteritatis opuſcula multa, quorum Boſtonus Burienſis in magno ſuo Catalogo ſequentes ferè titulos habet omnes.

De

De dictionibus obſcuris Chimiæ **Lib. 1.**
Dictionarius ad res explicandas Chimiæ
De accentu, **Lib. 1.**
Eccleſiæ ſacra normam qui noſcere.
Myſteriorum eccleſiæ, **Lib. 2.**
Anglia quò tendis, tua tum.
Vnum omnium, **Lib. 1.**
Commoda neglectis dum quærunt.
Satyricum opus, **Lib. 1.**
Scribo nouam tandem ſatyram
De miraculis D. *Mariæ,* **Lib. 1 1**
Fecit Deus mirus mirum, dum
Epithalamion eiuſdem **Lib. 1.**
Nobilis erigitur mundi præfecta.
Opus Synonymorum, **Lib. 1.**
Ad mare ne videar latices.
Aequiuocorum opus, **Lib. 1.**
Auguſtus, ti. to. Cæſar uel.
Computum & tabulam, **Lib. 1**
Ortolanum, **Lib. 1.**
Laus, honor, virtus & gloria.
Cornutum, ſiue diſticha, **Lib. 1.**
De pœnitentia, **Lib. 1.**
Auream gemmam, **Lib. 1.**

Et alia plura. Claruiſſe illum ſcribit prædictus Boſtonus, anno Meſſiæ incarnati 1040, *Haraldo in Anglia regnante. Cazimirum monachum & diaconum eodem anno Papa Benedictus nonus Poloniæ regem facit.*

LEONARDI PROEB-ſtelij carmen.

En tibi qui ſacram Chymiæ contendis in arcem
Plenus haud ingrata prodijt arte liber,
Qui docet aſsiduo lapidem formare conatu,
Quo nihil hic ingens grandius orbis habet.
Namque animos cura preſsos & corpora morbo
Firmat, & immenſis hic lapis auget opes.
Hinc petulans nimio fertur Medæa dolore
Theſſalico uitam reſtituiſſe Duci.
Hinc Arabes opibus fretos: & pectore firmo,
Conſtat Romanos non metuiſſe Duces.
Aſpice quàm tenui doceantur grandia libro:
Quàm lepido paruus flore colatur ager.
Sordida nec duplici tantùm ratione Metalla
Tingit, ut indoctum uulgus ubiq; facit.
Sed quia ſeu morbis turgent ea corpora ſæuis
Diuinas medicas adhibet arte manus.
Quod ſuperat tollit, quod deficit omne miniſtrat,
Expurgat miris cuncta metalla modis.
Perdit opes, famamq;, graues & concitat iras
Vulgus iners, cæca dum ſtruit arte dolos.
Arcanos ueterum neſcit perpendere ſenſus
Negligit & libros docte Gebere tuos.
Ergo fretum Chymiæ, quiſquis rate ſulcas, iniquũ,
Tutus ut in medijs fluctibus alta petas,
Hanc rogo ſuſpicias porrecta fronte tabellam,
Hæc foueat mentem, docta Tabella tuam:

Condidit

Condidit ingenio quondam ter maximus Hermes
Hermes ut Aſſyrias arte iuuaret opes:
Hic ueluti lapidis ſtatuit primordia ſummi
Hic & Elyxirij ſemina uera docet.
Inuoluit nebulis denſaq́, caligine cælat,
Ne capiat ſenſus improba turba ſacros.
Explicuit multo quidem Iacobita labore
Diſcuſsit nebulas dexteritate graues.
Hoc opus è tenebris tandem producit Heroldus
Conſulat ut ſtudijs Lector amice tuis.
Huic adiunge ſtatim ueterum quoq; ſcripta ſopho
Nec tibi ſint certis cuncta probata modis (rum
Naturæ curſus animo perpende latentes,
Commoda nam magno magna labore cadunt.
Accipies triſti nullos cum fænore fructus,
Ni debitam Chymiæ rexeris arte ratem.

SVMMA CAPITVM QVÆ in hoc Garlandij tractantur opere.

Tabula Smaragdina 2

Quòd ars Alchimia ſit uera & certa 4

Quòd lapis debeat diuidi in duas partes 5

Quòd lapis habeat in ſe 4. elementa 5

Quòd lapis habeat patrem & matrem ſc. Solem & Lunam 6

Quòd coniunctio partium lapidis dicatur impregnatio 7

Quòd lapis perfectus ſit ſi anima in corpore fixa fuerit 8

De mundificatione lapidis 9

Quòd pars lapidis non fixa debeat ſuperare partem fixam, eamq; eleuare 10

Quomodo lapis uolatilis ſit iterum figendus 11

De fructu artis & efficacia lapidis 11

Quòd magiſterium imitetur creationẽ uniuerſi. 12

Inſinuatio ænigmatica quæ ſit materia lapidis 13

Quare lapis dicatur perfectus 13

Lapis cur uegetabilis 14

cur animalis ibidem

quomodo mineralis 15

Opiniões de lapide philoſophorum ibidem

Quæ ad operationem lapidis pertinent 16

Lapis quid 17

Lapis ut faciendus 18

Aqua

Aqua uitæ	20
Arnoldi commentaria in Hortulanum	23
Synonima artis chimicæ Garlandij	36
Idem de præparatione Elixir	51
Lapidis prima operatio	51
Lapidis ſecunda operatio	52
tertia operatio	53
quarta operatio	53
Medicina uera	54
Recepta ad lapidem conficiendum	54
Operatio reiteranda	58
Feces ſeruandæ	58
Materia mercurialis	59
Operationis tertia pars	59
Operationis quarta pars	60
quinta pars	60
Operis ſexta pars	61
Modus proiectionis Geberi	64
Garlandius de Mineralibus	67
Anima in mineralibus	67
Arſenicum probatum	67
Arſenicum præſtare ſulphuri	67
quando optimum	68
cum aceto mirabilia facere	68
Argenti uiui occultum	68
Argenti uiui condimentum	68
Sal ſolutum	69
Stanni condimentum	100
Stannum ut fiat argentum	100.101

De arſenico	69
Arſenicum foliatum	69
Sal foliatum	70
Sal panis	71
Alune	71
Buccellare	71
Argentum ut fiat	71
Sulphuris natura	72
ex Sulphure minium	72
ex Sulphure æs uſtum bonum	72
Sulphur rubeum	72
Sulphur in albedinem operari	72
De Mercurio	73
Mercurij natura	73
Yeſir	73
Mercurium contrarios facere effectus	74
Mercurium fixari	74
Argentum uiuum quid ſit	74
Mercurij uerba	75
Salis condimentum	75
Mercurij exaltatio	76
Mercurius ut fiat lapis rubeus	77
Mercurij uariæ operationes	77
Experimentum argenti uiui notabile	78
Buccellatio	78
Minerarum origines	79
Ars in microcoſmo quid ualeat	80
Aurum dominus lapidum	82
Elixir maior ex auro	82

Auri

INDEX.

Auri natura 83
Aurum uti ſit inter corpora 83
Fermentum auri 83
Recepta de auro. 84.85.86
De argento. 86
Argenti natura 86.87
Argento quæ inimica 87
Argento quæ conueniant 87
Receptæ de argento 88.89
De ferro 90
Ferri natura 90
Ferrum quibus ſoluatur 90
Ferri ſoluendi modi 91.92.93.94
De Cupro 95
Cupri natura 95
Cuprum frater argenti 95
Cupri condimentum 96
Cuprum ut ſoluatur 96
Cuprum ſoluendi modi 96.97
De ferri & æris mundatione 98
AlKinzar 98
Mundatio ferri & æris 98.99
De ſtanno 99
Stanni natura 99
alicus 99
alceberta 99
Stanni informitates 99
Stanno quid ſingulare 99
Stannum argento inimicum 100

De Plumbo 101
Plumbi natura 101.102
ex Plumbo ut fiat litargyrum 102
Plumbum receptiuum tinctura 102
Plumbum auro non aſſociari 102
Vſurnb 102
Pythagoræ dictum de plumbo 102.103
Plumbum aurum infirmum 103
Plumbum uerum à falſo ùt diſcernatur 103
*Plumbi condimentum.*103. *ſoluendi modi.*103.104
De gemma pallida 106
de Rubino 106
de Smaragdo 106
Cicera quid 109
de alumine 109.110 111
Atramentorum uaria genera 110
Lobla inſula 110
Alumen unde. 110. *quid* 111
Atramentum quid 110
Aluminis natura 111. *uſus* 111 112
Alumen ut nobilior omnium lapidum 111
de Salibus 112
Salis natura 112
Salium genera 112. *uſus* 112.113
de Sale alcali 114
de Sale armoniaco 119

FINIS.

DE ALCHIMIA ET REBVS METALLICIS

EX SPECVLO VINCENTII.

LIBER PRIMVS.

ALCHIMIA inter mechanicas numerari poteſt, & ad quaſdam aliarum nõ parum vtilis eſt, vt ad fabrilem & medicinam. Ad fabrilem quidē, propter metallorum examinationem, commixtionem, diſgregationem, tranſmutationem. Ad medicinam itidem propter ſubſtãtiarum vel qualitatum ſalubrium à noxijs, quæ frequenter etiam in medicinis ſimplicibus permixtæ ſunt ſeparationem. Ex doctrina Alchimiæ. Alchimia propriè eſt ars tranſmutandi corpora mineralia à proprijs ſpeciebus ad alias vt ſunt metalla & huiuſmodi. Hoc deſcendit ab illa parte naturalis philoſophiæ, quæ eſt de mineralibus, ſicut agricultura ab illa parte quæ eſt de vegetabilibus. Hanc enim acceperunt artifices à naturalibus, quamuis ea quæ fiunt nõ ſunt tam certa aut propria ſicut naturalia. Ex libro Razis de aluminibus & ſalibus. Corpora mineralia ſunt vapores, qui inſpiſſantur & coa

gulantur ſecundum menſuram ſeruitutis natu ræ in ſpatio longo, & principium eſt argentum viuum & ſulphur, hæc enim ſunt elementa mineræ & non ſunt aqua & oleum: Sed vnum generatur ex aqua, aliud ex oleo, ſuper quibus aſſiduat decoctio æqualis cum caliditate & humi ditate, donec coagulata ſunt & ex eis corpora generãtur per gradatiuam mutationem in millibus annorum. Nam ſi remanerent in mineris ſuis, præpararet ea natura donec peruenirẽt ad ſpeciem auri & argenti. Sed per artificis ſubtilitatẽ poteſt fieri huiuſmodi tranſmutatio in vno die, id eſt, breui ſpatio, ex opere alchimiæ. Ergo vide quod & in viſceribus terræ habemus virtutem mineralẽ, vnde fit generatio ſpirituũ et corporum. Spiritus quidem ſunt 4. Sal Harmoniacum, ſulphur, argentum viuum, arſenicũ. Corpora verò ſex aurum, argentum, cuprum, ferrũ ſtannum, plumbum. Ex prædictis elementis mineræ generantur aliquando corpora munda, vt aurum & argentum: aliquando immũda, vt æs, ferrum &c. Nam ſi ex argento viuo, puro, albo, coagulato à virtute ſulphuris non vrentis generatur materia in minera, quæ poſt fuſionem conuertitur in argentum. Ex ſulphure autẽ claro, mundo, rubeo, nõ habente in ſe virtutem adurentem, & ex argento viuo bono, claro à ſulphure coagulato congelatur aurũ. Porrò ex bono argento viuo & ſulphure habente virtutem

tutem aduręntem generatur æs: ex prauo autem ſulphure, & paruo argento viuo ferrum: ex bono autem argento viuo & ex paruo ſulphure non bene commiſto ſtanni: & ex paruo argento viuo, ſcilicet ponderoſo luteo & paruo ſulphure, fœtido ac debili plumbũ. Hę ſunt operationes quas natura fecit in mineralibus, & has Alchimiſtæ conantur imitari. Quædam etiam generantur in viſcerib. terræ, quorum pars obtinet vicem ſpirituum, & quędam vicem corporum, ſicut vitrum, alumen & atramentum. Circa hæc igitur & ſimilia præfato modo negotiatur Alchimia, & hæc eſt eius materia

Vtrum huius artis ſcientia uel operatio uera ſit an falſa, Author.

Ex rebus ſupra dictis videtur innui, quod Alchimia quodámodo falſa ſit. Sed tam ab antiquis philoſophis, quàm ab artificib. noſtri tẽporis probatur vera, verumq; aurum & argentum ſecundum illam nõ quidem fieri, ſed à certis materieb. quibus permixta ſunt vel incluſa quodámodo ſegregari vel includi. Nam quod exterius eſt cuprum, interius eſt aurum tanquã anima ipſius. Auicen. in lib. de anima. Quidam ex naturalibus dicunt, quod non eſt Alchimia ſcil. ars: & Plato multiq; philoſophi, quòd eſt, & hoc ipſe viſus oſtendit. Nam vnũquoq; corporũ 6. quæ per malleũ elongãtur, efficitur cur

rens ſicut aurum viuum,& azenzar quod de ſ- ſti- efficitur eſt coloris ſulphurei,& azenzar de ferro rubeum eſt,de cupro croceum. Vnde ſcire oportet,quod quia omne corpus quod ſoluitur & inde efficitur azenzar, factũ eſt de auro viuo & de ſulphure. Deinde vitrum efficitur fluens,eſt enim de terra, de qua poſſet fieri aurum. Vnde & figuli quidam qui vaſa terrea faciunt, quando mittunt in eis ignem diu, efficiunt vitrea. Dicunt autem iſti philoſophi, quia quod calor Solis coqueret in ventre terræ per centena annorum, coquimus ad ignem in paruo tempore,& inde facimus aurum. Contra illos autem qui dicunt,quòd non poteſt trahere homo genus de alio genere: dicim9, quòd ſi quis ſtercus equi mittat in loco, in quo calor ſolis eum tangat, inde procedunt beſtiæ quas dicũt Abares. Præterea ſi quis ſpinam alicuius piſcis accipiat,& mittat ſubtus Algaceram, ibique per menſem maneat,inueniet vermem,qui Centiples dicitur,ſicq; de non viuente retrahitur res viuens. Sunt & alij qui non concedũt Alchimiæ magiſterium dicentes, quod de re cuius natura non eſt,vt ignem ſuſtineat,natura trahi non poteſt quæ ſuſtineat ignem, nec poteſt fieri in re naturali, vt rem coloratam diſcolores & in alium colorem mutes,in quo permaneat, nec ad primam reuerti poſsit, quia primus color ſemper perſiſtere debet,& ſecundus deleri

deleri, & ad primam naturam reuerti, ſic & de ſapore & pondere. Quibus ad primum reſpon-mus rationem de vitro, quòd terra citò quidẽ deletur ad ignem, ſed quandiu tangit eam ignis efficitur fortis. Non enim habet ignis vim ſuper vitrum. De tinctura verò dicimus, quòd cuprum quando cum Thutia miſcetur, inde aurichalcum efficitur, & nunquam illum colorem amittit quem recipit, quando cum thutia mixtum eſt. Cæterum omnia ſupra dicta mutantur in vitro: quia vitrum non eſt de colore terræ, nec de ſapore, neque de pondere. Sic & de re dulci efficitur amara, de alba nigra, & ſic de cæteris proprietatibus corporum. Denique non putes, quòd ego traham metallum de ſuo genere ad aliud genus quod ibi nõ ſit, ibi enim eſt per vim. Quia verè ſi ibi non eſſet, in naturã illam mutari non poſſet. Adhuc autem eſt vna ratio, prædictarum rationum fortitudo. Cur enim valerent plus Saphiri quidam & alij lapides quàm alij, & vitrum ſimiliter, niſi quia efficiuntur in loco valde calido. Locus enim orientis vbi precioſi lapides inueniuntur, eſt proximus Sol. Sic & vitrum, quanto plus tangitur à calore Solis, tanto magis valet. Itaq; & lapis mineralis qui magis ſuſtinet ignes alioſque labores, & tarde frangitur, ille plus valet, ſicut aurum plus quàm argentum, & argentum plus quàm cuprum, & cuprum quàm ſtannum, &

ſtanum quàm ferrũ, & ferrum quàm plũbum.

De artificibus eius & materia & inſtrumentis. Auicenna in lib. Alchimiæ, qui dicitur de Anima.

Huius artis magiſtri fuerunt Adam, Noe, Idud, Seruilia, Cora, Moyſes, Cato, Virgilius, Ariſtoteles, Alexander, Geber, Iahie, Razis, Morienes, Hermes, Abimazer, Ioannes Euangeliſta, Berſyas & Gylibertus Cardinales, Guilielmus Archiepiſcopus, Egidius magiſter hoſpitalis, qui extraxit librum de 135. lapidibus, Androicus etiam epiſcopus & apoſtolicus, Dominicus & Iacob, Aranicus Iudæus, qui me in iſta arte non pauca docuit, Petrus quoq; & Durandus monachi. Dixit autem Iahie hæc eſſe neceſſaria in magiſterio alchimiæ, ſulphur, auripigmentum, argentum viuum, ſal harmoniacum, geniam, commune, altcali, vitrum, vitriolum, alumen, acetum, vrina, capillos, oua, ſanguis, ſperma, ſtercus equi, & illa ſex quæ cum malleo elongantur. Ex doctrina Alchimiæ. Ad cuius opera exercenda ſcire oportet facere diuerſa genera vaſorũ, furnellorum ignium & lutorum, & huiuſmodi. Nam verbi gratia, ſolutionis corporum vel ſpirituum inſtrumenta multa ſunt, quorum vnum dicitur venter equi, & fit in duobus vaſis, in quorum vno eſt aqua, in alio fimus equi, vbi eſt phiala cum medicina, ſtatq; in fur-

in furnello, & deſuper comburitur leuis ignis, vt aqua tantum euaporet & non buliat, ibiq́ue eſt canalis per quam additur aqua quando minuitur. Solutiua quoq; corpora multa ſunt, vt aqua limonum vel pomorum cetreorum, diſtillata per alembicum: ſimile aqua quoq; homomaci. Sed & alumen ſperſum in aqua per bulitionem diſſolutum, & per alembicum diſtillatum ſoluit, & dicitur quod virtus eius ſuperius rapitur.

De igne multiplici.

Eſt autem ignis multiplex, & eius qualitas diuerſa, per quoſdam gradus diſtincta. Quidã enim ignis eſt calidus in primo gradu, & humidus in ſecundo, ſic ventris equi ignis, de quo in præcedenti capitulo dictum eſt. Cuius proprietas eſt quod non deſtruit oleum, ſed augmẽtat propter ſuam humiditatem. Nam alij deſtruũt propter ſiccitatẽ. Huic aſsimilatur non alius in mũdo niſi naturalis corporis hominis ſani. Ignis quidẽ Solis calidus eſt in eodem gradu, ſed ſiccus eſt. Hic autem eſt qui domat rem, & de animata re fit ac nutritur, ſicut puer cui datur in principio lac. Nam puer ex calido & humido augmentatur; ſic & equi ignis augmentat oleum ſua humiditate, figit autem lapidem non lapidem ſuo calore.

Eſt præter hos duos & alius, qui eſt calidus & ſiccus in ſecundo gradu, vt ignis furni poſt panis extractionem, hic fundit leniter & nõ comburit, quia non eſt in eo flamma nec fortitudo caloris. Calor enim paulatim declinando recedit: ſed ſi ſtaret, ſpiritum figeret in corpore vel extra corpus. Ignis autem equi non fundit neque comburit, ſed domat & humidum augmẽtat. Eſt etiam furnus fixionis, hic fundit & figit, non autem comburit, quia flamma non eſt, nec differt à præcedenti, niſi quia in hoc eſt calor continuus, in illo non. Quintus dicitur flammalis, & eſt calidus & ſiccus in tertio gradu, hic calcinat tantùm & non fundit ſcilicet ad comparationem auri & argenti, & aliorum corporum in eodẽ gradu vel vltra. Eſt & hic ignis in furno calcinationis. Sextus eſt calidus & ſiccus in quarto gradu, & hîc fundit & figit fortiter, mollificando corpora ſuauiter, nec diſsipat ea vel diſpergit, hic eſt ignis furni fuſionis. In eodem gradu eſt & ignis follium, qui corpora diſsipat & diſpergit ac fundit: & hic eſt ſeptimus. Octauus eſt qui fundit & calcinat, & eſt flammalis, quia in ea ſola flamma operatur, & non diſsipat, ſicut eſt ignis vitrearius, & hic ignis ſicut carbones & flamma, ſed in iſto ſola flamma lignorum. Hic etiam eſt in eodem gradu cum præcedentibus. In eodem quoq; gradu eſt, ſcilicet qui eſt omnibus magiſter, vt ignis offici-

officinationis,id eſt examinationis: Hic fundit & comburit,diſsipat & diſpergit malum,ſoluit & rectificat bonum, & eſt quaſi iudex diſcernens iuſtum ab iniuſto.

De corporibus mineralibus, ex libro quarto Metheororum.

Corpora mineralia in quatuor ſpecies diui. dũtur,ſcilicet in lapides & liquefactiua, ſulphurea & ſales. Quorum quædam ſunt raræ ſubſtantiæ & debilis compoſitionis, quædam verò ſubſtantiæ fortis,& quædam ductilia, quædam non. Eorum quæ ſunt debilis ſubſtantiæ, quædam ſunt ſales,vt quæ liqueſiunt ex humido leniter.vt alumen calſiuatũ, ſal armoniacũ. Quædam vnctuoſa, nec facile ſolo humore liqueſcunt,vt ſulphur,auripigmentum. Sed argentum viuum eſt de parte ſecunda, quamuis ſit elementum ductilium,& aliquibus ductibilibus ſimile. Sunt autem omnia liquabilia ductilia vt multum, & non liquabilia non ductilia, nec mollificantur niſi cũ magna violentia. Eſt autem materia ductilium ſubſtantia aquea admixta, cum ſubſtantia terrea fortiter mixta, ita quod non poteſt vnum ab altero ſeparari,& congelatur ſubſtantia illius cum frigore poſt actionem caloris in ipſum quæ eſt optefis, id eſt,digeſtione quæ eſt à caliditate ſicca. Et erit

exemplum de vino quod nondum gelauit propter ſuam vnctuoſitatem, ideo ductibile eſt. Lapidea verò de ſubſtantijs mineralibus, materialiter ſunt aqua, ſed non gelatur aqua ſola, ſed & cum ſiccitate quæ alterat aqueitatem ad terreitatem, nec eſt in eis humor nimis vnctuoſus. & ideo non ducuntur, & quia coagulatio eorum eſt ex ſiccitate, non ſoluuntur vt multum, niſi per ingenia naturalia. Alumen autem & ſal armoniacum ſunt de genere ſalis, niſi quia ignis in ſale armoniaco maior eſt quàm terra, vnde & totum ſublimatur, & ipſum eſt aqua, cui miſcetur fumus calidus nimium ſubtilis multæ igneitatis, & eſt coagulatus ex ſiccitate. Aquoſitas verò ſulphureorum mixta eſt cum terra forti commixtione, cum fermentatione caloris, donec facta ſunt vnctuoſa, & poſtea coagulata ſunt ex frigore. Attramenta verò compoſita ſunt ex ſale & ſulphure & lapidibus, & eſt in eis vis aliqua corporum liquabilium, quoniam ex ijs fiunt, vt chalchantum & alachar generatur ex maioribus grauis atramenti, & non ſoluitur niſi ſalſedo eius cum eo quod eſt in illo ſulphureum, & poſt coagulatur reſiduum. Illudque iam accepit vim mineralem in aliquibus corporibus. Quod ergo accepit vim ferream, erit rubeum aut croceum, quod autem vim æream viride, vnde poſsibile eſt iſta duo artificialiter

fieri

fieri,ſcilicet ferrum et æs.

De metallis & eorum creatione. Auicenna in lib. de anima.

Dicunt philoſophi quòd ſex ſunt res quæ cũ malleo elongari poſſunt ad fornacẽ, Sol, Luna, æs, ferrum, ſtannum, plumbum, & creantur naturaliter ſubtus terram. Aurum enim fit in ventre terræ cum calore magno Solis, de auro viuo, pulchro cum ſulphure rubicundo, claro abſque lapidibus cocto in centum annis & amplius. Argentum efficitur de auro viuo ſcilicet claro de ſulphure claro coctis per centum annos. Cuprum autem de auro viuo groſso & ſulphure rubeo groſſo, coctis per centena annorum. Sed aurum quidem nimis coctum eſt & induratum, ideo nec ignis, nec aer, nec aqua, nec terra delet illud. Argentum autem crudum eſt & non coctum, ideo terra citò delet illud. Cuprum verò combuſtum eſt, ideo non delet eum terra niſi per multos annos, ſed ignis cito conſumit ipſum. Plumbum aũt dicunt Philoſophi fieri ſubtus terram de auro viuo groſſo & ſpiſſo, & de ſulphure peſsimo ac mixto, crudo parum cocto, vt plumbum quidẽ in tantum de peſsima natura eſt, quod cũ odore ſuo frangit aurum, et ſtringit aurum viuum. Quia qui ſoluunt aurum, ſi dent ei odorem de plumbo,

vertitur in calcem: ſtannum verò fit de auro viuo, pulchro, & de ſulphure peſsimo, crudo, parum cocto. Ferrum autem de auro viuo ſpiſſo & ſulphure rubeo, ſpiſſo, nimis cocto.

De Auro ex libro de aluminibus & ſalibus

Aurum eſt calidum & humidum, omnibus corporibus nobilius, rex eorum & dominus, nec terra, nec aere, nec aqua, nec igne corrumpitur, nec in igne corrumpitur aut minuitur, ſed reficit eum ignis & humectat, non comburunt ipſum ſulphura, quæ comburunt alia corpora, quia naturæ eius complexio recta eſt, æqualis, clara, in qua completæ ſunt naturæ quatuor & æquatæ, ita quod in eo non eſt additio nec diminutio. Quapropter extulerunt ipſum ſapientes, & poſuerunt ex eo compoſitionem Elixiris magni, quia ſubſtātia eſt extans & permanens, fixaq́ue in perpetuum. Eſt autem ex ſectione ſolis, & eſt in corporibus, ſicut ſol in ſtellis: Quia ſol eſt rex ſtellarum ac lumen earū & per eum complentur res terræ, ex plantis fructibus ac mineris, & per ipſum creſcit & addítur eſſentia eorum. Similiter & aurum in corporibus retinet omne corpus, & cum eo retinentur. Et eſt fermentum duorum Elixir rubei & albi, quia non niſi per ipſum rectificantur & complentur, ſicut nec paſta niſi per fermētum. Auicen-

Auicenna vbi ſup. Aurum multiplex eſt, ſcilicet, naturale, magiſtrale, xirchi, zafri, obrizum, colon & alijs modis. Et illud quidem quod eſt de Elixir valet magis quàm aurum acre, quod non poteſt operari. Aurum autem de Elixir eſt tribus modis, ſcilicet de petra capillorum, ſanguinis & ouorum: non poteſt enim eſſe aurum de alio lapide. Quidam autem faciunt falſum aurum ſicut & argentum. Stringunt enim, id eſt indurant ſtannum ac dealbant, & dicunt eſſe argentum: ſic etiam auripigmentum ſublimant, & ſubtus ſtercus mittunt, ibíque miſcēt ſal armo. & incorporát cum cupro diſtenſo per botum barbatum, & cum memneo rubeo, & dicunt quod eſt aurum. Verùm communiter ſeptem modis aurum per magiſterium tentatur atque cognoſcitur, ſcilicet in ſolutione, in lapide, in pondere, in guſtu, in igne, in ſublimatione, in fuſione. Porrò naturalis auri natura calida eſt & ſicca, & quantum habet ferrum de natura ſiccitatis & duritie, tantum habet aurum naturam bonam ac mollem. Fit autem in ventre terræ, de auro viuo bono nimis, & de ſulphure non multum rubeo coĉto.

De *argento ex libro de aluminibus & ſalibus.*

Argentum eſt corpus mundum & decorum

citra aurũ,& eſt ex ſectione lunæ cuiusnon eſt complementum in lumine ſuo et virtute ſua, ſed ſolis. Sic eſt locus argenti apud aurum. Huius natura frigida et humida eſt, corrumpitur in terra et igne,& ſapor eius ad acetoſitatem declinans eſt. Sulphura quidem et plumbum & ſtannum inimica ſunt ei,ab ipſis enim læditur, et ab igne minuitur. Eſt autem omnium corporum propinquius ad aurum, Quoniam occultum auri manifeſtum eſt argenti, et è conuerſo. Auicenna vbi ſupra. Argentum triplex eſt,ſcilicet naturale,petrale,id eſt,quod fit de lapide per magiſterium alchimiæ, et illud quod per vim medicinæ, ſcilicet de ſolo mercurio et ære per botrum barbatum. Sed eſt melius de noſtro lapide. Eſt autem argenti natura frigida et humida, fitque de argento viuo multo et pauco ſulphure. Et naturale quidem frigidius eſt quàm petrale,petrale verò quàm illud quod fit cum medicinis. Ex doctrina alchimiæ. Aurum et argentum examinantur tribus vicibus ſeu modis: quorum duo tantùm dicuntur examinationis impropriè. Sed vnus poteſt dici ſeparatio,alius tentatio. Separatio fit in paleola ſola, quando ſcilicet ibi ponitur adamas,vt ſeparet ab auro ferrum tantùm, quia non habet proprietatem ſeparandi aliud metallum. Tentatio verò fit tam in paleola, quàm in alio auro et argento, quando ſcilicet ibi fricatur lapis

quemad-

quemadmodum cotis factus, vt per calorem ibidem remanentem ſciatur, quantum cum auro mixtum ſit de argento vel ære, aut cum argento de ære. In vera autem examinatione auri tria ſunt neceſſaria, ſcilicet puluis antiquorum laterum, & ſal et ignis. In examinatione argenti tria ſimiliter, ſcilicet ignis, cinis & plumbum.

De Ære ex libro de alum. & ſalibus.

Æs quidem eſt de diuiſione Veneris, natura eius eſt calida & ſicca, ſed minus ſicca quàm ferri. Eſt autem in virtute ſua argentum, et in liquefactione et duritie, ſed rubeum eſt. Qui ergo eradicat eius rubedinem, facit ipſum redigere in argentũ, eſt enim in manifeſto ſuo æs, in occulto argentum. Commiſcetur autem cum auro & argento, et recipit tincturam, fitq́; ex eo elixir albedinis et rubedinis, nec fugit eius tinctura, quando ſoluitur cum aqua atramenti vel aluminis. Aqua æris liquefacit omnia corpora, et omnem rem ex lapidibus, regimen aũt eius eſt ſicut regimen ferri æqualiliter. Auicen. vbi ſup. Cuprum triplex eſt ſcilicet herminium, naturale, et cuprum nauarre. Natura eius calida eſt et ſicca non multum, ſed eſt in eo humiditas, ideo ſoluitur. Efficitur autem, vt dixi, de auro viuo groſſo, et de ſulphure

rubeo coćto, ſicut aurum, nec eſt combuſtum ſicut ferrum, ideoque leue eſt ad mutandum, & eſt propinquius argento quàm auro, quia plus habet de ſulphure, quàm de auro viuo. Eſt autem cuprum melius rubeum & album, quod quando percutitur ſonat. Herminium autem cuprum nigrum eſt, & non eſt in eo Alchimicè operandum, quia multitudo ſulphuris quæ ibi ineſt confundit ipſum, nec poteſt lauari nec de albari. Lauatur autem cuprum, vt eius immundicia auferatur. Calcinatur autem, vt eius materia attenuetur, in calce lauatur iterum cum fortiſsimis aquis, vt humiditaté recuperet, quam in calce perdidit. Sublimatur autem, vt magis attenuetur, & cum auro viuo miſcetur, vt natura ſua præparetur.

De ferro, ex libro de alumin. & ſalibus.

Ferrum eſt ex diuiſione martis, natura eius calida & ſicca, eſtque acetoſum in ſapore, vehementis virtutis, expećtans ignem, & impugnans ipſum, & liquefit cum quatuor rebus, ſcilicet cum arſenico, & plumbo, & magneſia, & marcheſita. Auicenna vbi ſup. Ferrum pluribus modis efficitur. Primum eſt ferrum de aubelu, quod eſt forte. & de illo faciunt martellos & foſſoria, cæteraque opera: ſed non intrat magiſterium alchimiæ. Aliud eſt ferrum de alidena

dena, quod eſt groſſum nec bonum ad operandum. Tertium eſt acerium quod poteſt acuere ferrum de andelum. Quartum eſt ferrum de India, quod ſcindit magis quàm alia, quia calor plus eſt in eo quàm in alijs. Sed opus eſt vt prius calefiat ad ignem vel ad ſolem, & acerium quidem eſſet eiuſdem naturę, niſi quia in acerio eſt multum de ſulphure. Nullum autem de ferris intrat ad opus alchemię, ſed ſeruit magiſterio, præparari tamen poſſet vt ingrederetur & corpus fieret, ſed nō niſi grauiter ſoluitur, & cum magno magiſterio. Eſt enim natura calida & ſicca, & ſiccitas eius maior eſt omnibus, qui ſe elongant. Ideoque de facili fundi non poteſt, Eſt autem factum de auro viuo groſso, & de ſulphure rubeo groſso & lapideo.

De Stanno, ex libro de alum. & ſalib.

Stannum eſt ex ſectione Iouis, natura eius calida & humida, ſed minorata eſt eius caliditas, quia complexio eius corrupta eſt per dominium ſupra ipſum in minera ipſius, & in ipſo ſunt mollicies & ſtridor & velocitas liquefactionis & acetoſitas. Qui ergo remouet ab eo has infirmitates quatuor, reducit ipſum ad argentum. Eſt enim grauis tincturæ, & albificat æs propriè, quia ſingulare cum eo eſt. Re-

cipit autem tincturā rubeam, & fit ex eo aqua acuta, cum qua retinetur argentum viu. & eſt inimicum argento, & æri, conueniens cum auro & ferro. Auicen. vbi ſuprà. Stannum quadruplex eſt, & omnia intrant in alchemiæ magiſterio. Horum autem melius eſt album & croceum, quod ſonat percuſſum, & hoc vocatur alche. Secundum ergo eſt ijnor quod apparet nigrum, & non ſonat. Tertium eſt chalicon, quod graue ſoluitur. Quartum eſt cheras, & eſt ſicut alche.

De Plumbo, ex libro de Alumin. & ſalibus.

Plumbum eſt ex ſectione Saturni, in ipſo ſunt aurum & argentum per potentiam, non per viſum, & eſt grauis corporis, velocis liquefactionis, tardi motus, ſuſcipiens tincturam Ex ipſo exit argentum, & ex eo fit litargirium & ceruſa, & elixir maius rubedinis & albedinis, & etiam aquæ cum quibus retinetur argē. viuum. Conuenerunt inde philoſophi, quòd omnium corporum, plumbum auro propinquius eſt, quod eius occultum eſt calidum & humidum. Occultum verò auri frigidum & ſiccum. Itaque manifeſtum huius corporis plumbum eſt, quia frigidum & ſiccum, occultum verò eius aurum, quia calidum & humidum.

dum. Ait etiam Armenides, Non exiſtimetis plumbum eſſe ex ſtanno vel ex alio corporum, neque enim eſt niſi aurum, ſuper quod introuenit nocumentum in minera ſua ſicut ingreditur ſuper infantem in ventre matris, vnde & auro ſimile eſt in diſpoſitionibus ſuis. Nam ſicut aurum eſt permanens ac ponderoſum, expectans ſub terra & aqua & aëre nec permutatur, ſimiliter & plumbum, eſt autem in ipſo nigredo & albedo & rubedo. Auicenna vbi ſuprà, Plumbum modò quadruplex eſt, vt ſtannum, ſc. mixtum cum ſtanno, naturale, plumbum de Echachia, plumbum Greſuri. Huius natura frigida eſt & parum ſicca, ſed eſt ibi humiditas multa. Eſt autem de auro viuo groſſo & ſulph. groſſo, ſpiſso, non claro, et eſt ibi plus de auro viuo quàm de ſulphure, nec eſt multum coctum, ſed molle remanſit, & ideo ſoluitur ſtatim. Et quia multum eſt ibi argentum viuum magis eſt de natura auri, niſi quia aurum eſt de pulchro auro viuo cum ſulphure claro, plumbum autem è contra, & aurum quidem coctum eſt, hoc autem crudum. Si quis autem ſciat præparare, leuiter ſe mutat in naturam auri. Eſt autem plumbum id melius, quod eſt benè ponderoſum, & quando ſcinditur eſt album, & quando percutitur non ſonat, quando funditur tardè ſe infrigidat.

De ſpiritibus mineralibus.

Spiritus quatuor ſunt, Sulphur, Auripigmentum, Sal armenia: Mercurius, & ſunt ſpiritus, quia per eos imprimitur corpus, vt poſſit cum anima coniungi. Corpora quidem ſunt hæc, ſed ab alijs corporibus differunt, quia ſublimantur hęc & non alia. Ideo dicuntur ſpiritus, quia nulla res ſine ſpiritu ſublimari poteſt. Lapis enim per ſe non aſcendit, ſic nec alia corpora, iſta verò per ſe ipſa aſcendunt, id eſt ſublimantur, & ſoluuntur leuiter, & faciunt alia ſolui, & cremant & infrigidant, & ſiccant & humidant quatuor elementa. Alchemiſta. Dicuntur autem ſpiritus, vel habere naturam ſpirituum, quæcunq; ignem fugiunt. Hæc enim quę dicuntur habere corpora niſi id faciunt, vnde & fixa dicuntur. Itaque cuncta etiam quę egrediuntur de planta vel aliqua re per diſtillationem, habent naturam ſpirituum, quia fugiunt ignem, & omne tale dicitur volatile ac fugitiuum, vnde argent. viuum à Sapientibus alchemiæ, ſeruus fugitiuus vocatur. Infirmitatis autem ſpirituum duplex eſt remedium, ſcilicet in eorum fixione, & eorum coloratione. Quod autem non fugit ignem dicitur fixum, ſicut corpora lapidum & metallorum. Hoc tamen ſecundum magis & minus. Nam vt vera loquamur, nullum ge-

lum genus metallorum eſt verè & omnino fixum, ita ſcilicet vt non paulatim fugiat ignē, præter ſolum aurum examinatum. Hoc enim non fugit ignem, nec ab ipſo minuitur, ſed potius rectificatur & humectatur, ſicut inferius habebitur.

De Sale & Arſenico & Sulphure, ex libro de Alumin. & Salib.

Sal eſt aqua quam coagulauit ſiccitas ignis. Huius natura & calida & ſicca eſt. Proprietas autem eius quod liquefacit aurum & argentum cum vehementia ignis, & augmentat in eis natiuum colorem, ſc. in auro rubedinem, in argento albedinem, conuertitque ea à corporalitate ad ſpiritualitatem, abluitque corpora à ſorditie, id eſt putredine, & corrodit eorum ſorditiem, id eſt ſulphureitatem. Cum eo quoque calcinantur corpora & non cum alio. Inuenitur autem in omnibus cineribus plantarum, & calcibus lapidum, & oſſium animalium, & in omnibus rebus. Ideoque ſapientes illud dixerunt argentum communitatis. Argentum quidem propter eius albedinem, communitatis autem, quia omnes homines eo indigent, & vtuntur in omnibus rebus, & in eo rectificatur creatura. Deus quoque excelſus non laudauit creaturam in lege,

ſed laus eius in ſale. Qui ergo ſcit ſalem & eius ſolutionem atq; coagulationem, ſcit ſecretum occultum ſapientum. Ipſe quidem corpora dealbat & mundificat ac reſoluit, ſpiritus quoq; coagulat ac retinet, & prohibet ab eis aduſtionem ignis. Sunt autem multi ſales, qui & omnes pręparati apud complementum, redeunt ad ſalem armoniacum, qui eſt ſalium melior et nobilior, in regimine fixus, non fugiens ignẽ, & ipſe quidem eſt oleum quod coagulauit ſiccitas ignis. Huius natura calida eſt & ſicca, ſubtilis, penetrans, profundans, & eſt ſpiritus volans adiuuans elixir, ſine ipſo namq; non copularetur elixir, nec diſſolueretur, nec ingrederetur. Arſenicum eſt calidum & humidum, & eſt diuerſi generis ſcilicet rubeum & citrinum & laminoſum, de vtriſque non ſcitur quod fortius. neque quod vehemẽtius adurat corpora. Eſt autem arſenicum ſimile ſulphuri in multis operibus & in ſublimatione & in velocitate liquefactionis & paruitate expectationis ſupra ignem. Citrinum verò diutius expectat quàm rubeum, & eſt copioſioris tincturę, laudabilioriſq; ſucceſsionis. De proprietatibus autem eius eſt quod albificat aliquid quando ſublimatur & adurit dum permanet viuum. Quod autem ſoluitur de arſenico, eſt eius albificatio & delotio oleoginoſitatis eius ac remotio aduſtionis et combuſtionis eius.

eius. Sulphuris natura & regimen ipſius eſt ſicut Arſenici. Huius generis rubeũ melius eſt.

De Argento viuo, Auicenna vbi ſuprà.

Argentum viuum ſubtus terram naſcitur, propter humiditatem magnam in illo loco exiſtentem, & hoc euenit propter ſolem & aerẽ qui tangunt eum. Ideoq; efficitur currens propter humiditatem et frigiditatẽ quę in eo ſunt nec efficitur niſi in loco frigido. Ideo etiam fugit de igne, Quia maior pars eius eſt de aqua, quæ eſt igni contraria. Quando verò calere incipit deſiccatur, & deſcendit ſicut ignis, etſi multum ei ignem dederint, & ſit in loco clauſo, recedit inde humiditas, & vertit ſe in colorem ignis accidentaliter, & dicunt naturales, quod eſt aurum viu. Ex libro de alum. & ſalib. Argent. viuum eſt frigidum & humidum elementum, ex quo creauit Deus omnes mineras, & eſt aereum fugiens ab igne. Cum ergo figitur vi, quælibet fixio efficit operationem ſublimè, et eſt ſpiritus ſolus vnus, nec eſt in mundo ei ſimile, profundans in omni corpore, erigens ipſum & conuertens de diſpoſitione ad diſpoſitionem, de colore ad colorem, quando aggregatur cum eo & commiſcetur. Ipſum eſt etiam quod mortificat & viuificat, & humectat & ſiccat, calefacit & frigidat, & facit contrariam operationem

ſecundum menſuram ſui regiminis. Et ignis quidem perdit omnem rem, & finit ac diſpergit eam tempore breui vel longo, niſi argent. viuum ſuper ipſum non poteſt, neque comedit ipſum ſed fugit ab eo. Ingeniauerunt autem ei philoſophi præcedentes ingeniorum, mortificationem, ſublimationem, ſolutionẽ, congelationem. Hæc enim ſunt quatuor ſpecies regiminis ipſius ingenioſi, à philoſophis inuentæ, quas oportet præcedere fixionẽ, donec ſc. paulatim fiat expectans ignem. Ipſum quoq; cum mutatur, mutant, & perijt eius nigredo ac ſonitus, albificat in viſione oculi, & rubificat in ſucceſsione, & eſt acetum attrahens, & aqua aggregãs, & oleum mollificans, at pater mirabilium omnium, ſeruus quoq; fugitiuus, qui & auro ſe prætulit & ipſum vicit. Dixit ergo ei aurum, An tu præfers te mihi, & ego ſum dominus lapidum expectans ignem? reſpondit ei vtique: Quia ego genui te, & ex me natus es, & vna pars ex me, viuificat multas ex te, & tu auarus es, nõ dans aliquid ex te per comparationem ad me.

Qualiter Elementum ſit omnium liquabilium argentum viuum, ex 4. Metheor. Ariſtot.

Argentum viuum eſt liquefactiuum & ra ræ ſub-

ræ ſubſtantiæ ac debilis compoſitionis. Eſt enim vt aqua quæ miſcetur cum terra, minima ſubtilitate ſulphurea, commixtione forti, donec non quieſcat in ſuperficie plana, & hoc eſt ex ſiccitate magna, quæ ineſt illi, & ideò non adhęret tangenti. Eſtque albedo eius ex claritate aquæ illius, & ex albedine terræ, ſubtilisque eſt in eo, & ex admiſtione aëris cum eo. Proprium autem eius eſt quod coagulatur ex vapore ſulphuris. Videtur autem quód argentum viuum & quæ illi ſunt ſimilia, elementa omnium ſint liquabilium. Quoniam alia liquabilia cum liquantur, ad ipſum conuertuntur, ſed non liquantur, niſi calefacta, & cum liquata fuerunt, apparent rubea, vt apparet in plũbo, Quod procul dubio cum liquatur eſt argent. viuum, ſed non liquatur, niſi calefiat, & cum calefactum fuerit, conuertitur ad calorem communem omnibus liquabilibus ſc. igneum. Et ideò miſcetur argent. viuũ cum iſtis corporibus, quia de ſubſtantia eorum eſt. Sed iſta ab ea differunt in compoſitione ſua eo modo quo differt argen. viuum à ſuis ſimilibus, & permiſtiones quæ miſcentur cum illis donec congelentur. Et quidem ſi fuerit argent. viuum purum, coagulabit eum vis ſulphuris albi non vrentis, in argentum, & illud eſt res optima, quam ſuſcipere poſſunt alchemiſtæ, vt inde faciant argen-

tum.ſi autem fuerit argent: viuum mundum, purum, rubore clarum, & fuerit in eo vis igneitatis ſimplicis non vrentis, erit res optima, quam accipiet alchemiſta. vt inde faciat aurũ. Quòd ſi fuerit argent:viuum bonæ ſubſtantiæ, & ſulphur non purum, cui inſit vis adurens, conuertit ipſum in æs. Si verò fuerit argen:vi: malum, non mundum, porroſum, terreum, ſulphur quoq; non mundum, fit ex eo ferrum. Porro ſtannum, videtur habere argent:viuum bonum, ſulphur verò malum, & hæc non bene commixta, ſed tanquam perperam compoſita, & ideo bene fit tale. Plumb. vero groſsi argen. vi. malum, ponderoſum ac luteum, & ſulphur eius eſt malum, mali vaporis & fætidi ac debilis, vnde non benè gelant. Artifices verò faciunt gelationem ferè ſenſibilem, quoniam artificialia nõ ſunt eo modo, quo naturalia, nec tam certa quam naturalia, quoniam ars debilior natura, nec eam conſequitur ſed eam imitatur.

De mineralibus, quæ media ſunt inter corpora & ſpiritus.

De Alumine & Attramento. ex lib. de Alum. & ſalib.

Alumen eſt oleum quod coagulauit ſiccitas terræ, & eſt in natura ſua calidum & humidũ, retinet omne volatile, mundificat & decorat cor-

corpora, & augmentat tincturam eorũ. Alche miſta. Alumen largè ſumpto vocabulo dicitur. Quod ligat tincturam in corpore aliquo, vt in pannis & corijs, & ſicut ſunt diuerſæ tincturæ, ſic & alumina diuerſa. Nam tinctura quælibet alumine indiget ſuo, ſine quo imprimit non poſſet, vel cum corpore ligari. Vnde non (vt quidam putant) alumen dat lumen, ſed facit adherere lumen. i. colorem, ſicut apparet in corio, quia ſi præparetur cum galla, non imprimitur ei tinctura. Itaque Galla eſt alumen tincturæ nigræ, ſicut cinis claũellatus eſt alumen gladij. Alumen autem de quo hic agitur eſt alumen rubeæ tincturæ, licet aliquando non rubificet niſi album. Ex libro de alumi. & ſalib. Atramentum eſt aqua & tinctura, quam terræ ſiccitas coagulauit, & eſt in ſui natura calida & ſicca. Huius multa ſunt genera, quorum melius eſt in Hiſpania, & ipſum quidem denigrat corpora, & augmentat rubeum rubedine, album verò denigrat. Huius regimen vt dixit Geber eſt cum aquila. i. cum ſale armoniaco. Quoniam attramentum eſt longinquæ ſubmerſionis, ſed ipſum ſubmergit. Et in attramentis inquit ſunt ſulphura ſubtilia, quæ ſubleuantur & forſitan tingunt. Et ex proprietatibus quidem eſt, quod retinet omne fugitiuum à fuga.

De generatione naturali lapidum mineralium, Auicenna vbi ſuprà.

Lapis quidem naturalis eſt res, quæ efficitur in ventre terræ ſine opere, per ſemetipſam, itaq; naſcitur & non creſcit, nec minuitur vt aurum viuum, auripigmentum, ſal armoniacum, ſulphur. Hi ſunt lapides naturales & ſpiritus. Lapis autem herbalis naſcitur & creſcit. Porrò acetum & ſperma & vrina medicinę ſunt lapidis noſtri naturales, cuius aqua indurat mercurium, id eſt, vitrum, & tingit omnes res ſicut ſpaul, id eſt, ſanguis. Eſt autem inter ſpirituale & naturalem differentia: quia naturalis ſtatim operatur, ſpiritualis verò non niſi in termino ſtatuto.

Ex additis quarti metheor. Sunt quidam lapides ex luto viſcoſo per calorẽ ſolis, vel ex aqua coagulata, virtute terræ ſicca, vel ex cauſa calida deſiccatiua. Similiter & quædam vegetabilia, & quædam animalia vertuntur in lapides virtute quadam minerali lapidificatiua. Et hoc fit in loco lapidoſo, dum diſcontinuantur ſubitò virtute quadam, quæ exit à terra in hora terræ motus, quę conuertit in lapides, quod in illa hora conſequitur. Et hæc tranſmutatio corporum animalium & vegetabilium æquè propinqua eſt ſicut tranſmutatio aquarũ. Eſt autem impoſsibile, vt aliquid complexionat.

tum conuertatur totum in vnum elemẽtum. Sed elementa mutãtur ad inuicem dum tranſeunt in dominas, vnde quod cadit in ſalinas fit ſal, quod in ignem fit ignis. Sed quædam citius, quædam tardius, ſecundum potentiam actiuarum, & reſiſtentiam paſsiuarum: Eſtq́; locus in Arabia qui colorat omnia corpora in eo exiſtentia colore ſuo, panisq́; prope Tarracem in lapidẽ conuerſus eſt, remãſerat tamen ei color ſuus. Sunt autem talia mira, quia raro accidunt, ſed eorum cauſæ manifeſtę ſunt. Sæpe namq́; fiunt lapides ex igne dum extinguitur, & ſæpe corpora ferrea & lapidea cadere cõtingit in corruſcationibus, quoniã ignis ex terminatione ſua frigidus & ſiccus efficitur. In parthica cadunt corpora ærea, vt æs vſtum & ſimilia ſagittis armatis, nec poſſunt liquefieri, ſed per ignem euaporant in fumum attinentem viriditati, donec reſiduum fit cinis. Cecidit etiam apud Georgen fruſtũ ferri præ duritia ferè infrangibile, cuius pars miſſa eſt regi Coraceni, qui cum præcepiſſet vt enſes inde fierent, erat infabricabile. Dicunt tamen Arabes quod enſes leanceni aliàs leanteni qui optimi, de tali ferro ſunt. Cum autem cecidit illa maſſa, reſilijt aliquoties à terra ſicut pila, eratq́; ex minimis fruſtulis compoſita, cohe-rentibus ad inuicem, ad granorum milij quantitatem. Simile etiam apud Trepãſten euenit.

Sic

Sic itaq; & fiunt lapides, & corũ generatio vel erit ſubito, propter magnum calorem accedẽtem, vel paulatim & per lõgum tẽpus. Ex lib. de alũmi. & ſalib. Corpora quoque mineralia generantur ex vaporibus inſpiſſatis & coagulatis ſecundum menſuram ſeruitutis naturæ in ſpatio longo, vt ſupra dictum eſt.

De lapide Elixir, per quem ars imitatur naturam.

In corporibus itaq; mineralibus (vt ſupra quoq; dictum eſt) ad imitationẽ operis naturæ, conati ſunt Alchemiſtæ facere breui tempore, quod natura facit in mille annis. Vnde docuerunt facere rem quandam quæ corpora ſuper quæ proijcitur transformat. Hæc vocatur ab eis Elixir, & dicitur lapis nõ lapis. Lapis quia teritur, non lapis quia funditur, & currit ad euaporationem ſicut aurum, nec eſt alia res cui proprietas illa conueniat. Auicenna vbi ſupra. Elixir itaq; eſt res, quæ proijcitur ſupra maius corpus, & mutat rem à natura ſua in aliam. Fit autem quando miſcetur corpus minus, & ſpiritus, & elementa & fermentum, fitq; de omnibus vna confectio. Et eſt Elixir verbum Græcum, quod ſonat magnum theſaurum, vel meliorem de theſauris. Omne quidem quid miſcetur cum aliqua re

miſcet

miſcet ſe aut per talem mixtionem quæ nunquam poteſt diuidi, ſicut Thucia cum cupro, aut per talem quæ poteſt diuidi, ſicut mercurius cum corporibus, aut per mixtiõem de cõiunctione, ita quod permanet vnumquodque ſingulariter. Et Elixir quidem qui ſe cum corpore miſcet, eſt ſicut Thucia cum cupro, ſed non augmentatur vel creſcit in ſuo pondere, ſicut creſcit cuprum de illa Thucia. Cuius ratio eſt, Quia Thucia res terrenalis eſt, elixir autem res ſpiritualis, & reuertitur natura ſui generis ad aliud genus.

De duplici natura Elixir, Alchemiſta.

Fit autem Elixir duobus modis, vno modo ex ſpiritibus mineralibus & corporibus mundis præparatis. Alio modo ex quibuſdã rebus prouenientibus ex animatis ſc. ex capillo vel ouo vel ſanguine. Primo modo ſic, mortificantur quidem ſpiritus & ſublimantur donec munda fiant: poſt hæc vnum de corporibus à natura generatis comburitur donec poſsit teri. Deinde calcinatur donec in modum calcis mundum efficiatur. Tandem verò ſpiritus & corpora ſic præparata teruntur, & imbibuntur cum aquis acutis diſtillatis prius, tandiu inhumidatur, donec in aquam claram conuertantur, deinde congelantur. Ad

extre-

extremum verò tandiu ponuntur in igne, donec fixa efficiantur. Illud itaque fixum ſi ſupra corpus proijcitur, tranſmutat ipſum ſecundum proprietatem quam habet, eòdem fit de rebus animatis. Auicenna vbi ſuprà. Albimazer alfabri, alias Alpharabi in libris de principio mundi poſt naturam, dicit, Petram quã abſconderunt philoſophi, dicunt alij quidem quod petra hæc eſt herbalis, alij quod naturalis, alij quod vitalis ſiue animalis. Mihi autem videtur, et probaui, quod petra herbalis ſunt lapilli. petra naturalis oua, petra verò animalis ſanguis humidus. Hæc ſunt petræ à philoſophis extractæ. Vnde Haramuch accepit filium ſuum in collo ſuo, et iurauit per Deum cœli & terræ, lapis eſt de me & de ipſo, de me dixit, propter ſperma, de ipſo vero, propter capillos et ſanguinem. Dicit quoque Geber, Quod petra quæ non eſt petra inuenitur in fimis. Lapis itaque noſter non eſt aliud niſi capilli, oua, ſanguis. Capilli quidem non niſi hominis & pueri aut puellæ virginis, ſanguinis etiam hominis, & hoc iuuenis. Oua verò de gallinis, non niſi gallo exiſtente cum eis. Diuiditur autem lapis noſter in quatuor elementis, & parum de illo accipitur, vt fiat argentum vel aurum, Quod fieri non poteſt ſine præparatione & ſubtiliatione corporis, quia partes eius minimè poſſent ingredi, niſi in minimis

& ſubtilitatis partibus corporis. Ideoq; materia pręparatur ac ſubtiliatur, & in quatuor elementa diuiditur, plusq; de vno quàm de alio mittitur iuſtè prout debet, & in ipſa hora cum corpore ſe incorporat, quod ante propter groſsitatem multam non poterat.

De complemento Elixir albi & citrini, Auicenna in Epiſtol. ad Haſten.

Elixir tinctura ſua tingit, & oleo ſuo ſubmergitur, & calce ſuo figitur. Et album quidem tribus in quibus non eſt ignis, Citrinum verò completur quatuor. Gloſa. Verum eſt quod Elixir album non indiget niſi tribus rebus ſcilicet oleo, tinctura & calce. Sed rubeum quatuor ſc. oleo, calce, tinctura, & iterum alia tinctura quæ dicitur ignis. Vnde in Elixir facto de mineralibus, eſt pro tinctura vitrum, pro oleo arſenicum, pro calce argentum calcinatum, & hoc in albo. Sed in rubeo pro calce aurum vel æs calcinatum, pro tinctura vitrum, pro oleo ſulphur, id eſt rubedo ſulphuris, quæ rubificet ſpiritus & calces, vel ſi ab igne lapidis maioris rubificarentur, tantundem valeret. Ideo citrinum dicitur compleri quatuor modis. Idem accidit in lapide facto de re animata, quæ conſtat ex oleo, aqua, igne & terra, & hoc ad rubeum. Ad album verò non

rò non niſi ex aqua oleo & terra. Credo tamen quod aliter ſit in elixir facto de re animata. Et quia dicit princeps rubeum quatuor & album tribus conſtare, locum habeat in elixir facto de mineralibus. In elixir verò facto de re animata, credo quod rubeum tribus completur, & album quatuor ſc. aqua, oleo, igne, et terra. Neceſſariumq; eſt aurum factum ſpiritum fixum, vel vitrum factum corpus fixum. Quia quamuis illa res diuidatur in quatuor elementa, totum tamen eſt oleum. totum tinctura, totum ſubſtantia fixa, vnde indiget aliqua re nobilis mineræ, quæ totum hoc deferat per vim ſuam corpus, ſuper quod proijcitur, vel cum quo per aliud ingenium miſcetur. Idem in albo quod conſtat ex tribus. Oportet enim addi ſubſtantiam mineræ, vel vitrum factum corpus fixum, vel argentum factum ſpiritum fixum. Magnę autem eſt induſtriæ facere de corpore ſpiritum fixum, vel de ſpiritu corpus fixum. Item dicit Auic. quod ſeptem res neceſſarię ſunt in elixir. i. in lapide maiori, ſc. vitrum rubeum ſi eſt ad rubeum, fermentum auri, calx argenti, terra, aqua, ignis & aer. Quorum vitrum tinctura eſt, id eſt ponitur in lapide vt tingat. Calx & fermentum ponitur pro ſubſtantia fixa. Fermentum quidem tam Elixir ſuum quam corpus ſupra quod proijcitur, tranſmutat in ſe ipſum. Sicut

modicum fermenti totam paſtæ maſſam augmentat,& in ſeipſum mutat, & tamen eſt ſubſtantia fixa. Calx verò quia totum Elixir conuerti facit, & conſolidari cum argento ſupra quod proijcitur Elixir,& hoc ꝓpter ſimilitudinem quam habet calx argenti cum illo argento. Porrò aqua,& terra,& ignis,& aer ponitur pro oleo. Hæc quatuor elementa per diſtillationem extrahuntur de ouo, vel capillo,vel ſanguine, de quolibet enim iſtorum fieri poteſt hæc medicina quæ pro oleo ponitur in lapide, vnde dicit Morienus, quod illa res de qua fit lapis eſt in homine, & homo eſt eius minera.

De Calcinatione corporum mineralium, ex libro Razis de alumin.

Prædictorum autem corporum regimen eſt quadruplex ſc. calcinatio cum ſale, creatio, ſolutio, deinde coagulatio. Calcinatio eſt combuſtio cum igne vehementi & ſale, vt deleantur ab eis ſulphura corrumpentia, & remaneant munda ſicut calx. Aurum quidem & argentum non eſt neceſſe calcinare, niſi propter conuenientem partium eorum æqualitatem et pręparationem ſc. vt exſiccata eorum humiditate ſint humiditatis alienæ ſuſceptibiliora et ad fundendum velociora. Plumbum autem & æs & ferrum neceſſe eſt calcinare,

propter

propter cauſam præcedentem ſc. vt deleantur eorum ſulphura corrumpentia, & deleatur eorum vnctuoſitas comburens. Alchemiſta. Ex his patet quod diffinitio prędicta calcinationis non cadit ſupra corpora munda, quæ ſunt aurum & argentum. Cætera namq; calcinantur, vt pereat ab eis ſulphureitas aduſtibilis, quæ corpora denigrat. Hic autem vt præparetur ad ſuſcipiendam humiditatem alienã, & ponatur in Elixir & bene commiſceatur cũ alijs. Quorum vnum erit calx ſc. argentum, alterum verò fermentum ſc. aurum, vt infrà dicetur. Niſi enim fieret puluis ſiccus, non ſuſciperet humidum, quia ſiccum ſitit humidum & ab eo penetratur. Ignis autem vehemens propriè hic dicitur, qui ad modum vehiculi, id eſt quadrigę curſum ſuum æqualiter continuat, quod facere non poteſt ignis flammæ, ſed talis eſt furni calefacti & clauſi pręter carbonum extractionem. Eſt enim ibi calor continuus ſine robuſtione. Talis etiam eſt ignis furni, in quo poſiti ſunt carbones qui fumum non faciunt. Ignis quoq; carbonum accenſorum combuſtorum, vel lignorum combuſtorum accenſorum, vel cineris calidiſsimi. Talis igitur eſt ignis qui corpora calcinat, & non fundit, Cuius proprietas eſt quod comburit partem minus potentem ſc. ſulphureitatem. Partem verò potentem dimittit, donec

ipſum corpus erigit & mundat à nigredine. Sal quoq, quod miſcetur cum limatura corporis in igne, defendit ipſum ne fundatur vel cōburatur. Et ſi eſt corpus immundum, reddit illud mundum à ſulphureitate & nigredine, quia deſiccat & corrodit ac deglutit ſulphureitatem propter eius munditiam & ſiccitatem. Si verò mundum, reddit illud mundius, & augmentat rubedinem in rubeo, & albedinem in albo. Quia ſemper corrodit & mundat ipſum à particula illa ſulph. quæ remanſit, quando generatum eſt à natura. Cum autem interea diſgregandum eſt, lauatur ipſum corpus aqua, tunc ſal in aqua diſſoluitur, & corpus reſidet. Nam omne ſal & alumen diſſoluitur & ſeparatur à corporibus & ſpiritibus per lotionem in aqua calida, quæ tandiu fieri debet, donec ſalſedo de aqua recedit, ſicque completur opus.

De quadruplici corporum & ſpirituum præparatione Auicenna.

Dicit autem princeps Abohali ſc. Auicenna quod oportet corpora primo aduri, donec in puluerem poſsint redigi, deinde in ſale præparato calcinari, & poſt lauari. Et ea calcinare, nihil aliud eſt, quàm extrahere humiditatem corrumpentem, & intromittere humiditatem igneam rectificantem, per quam eſt vita eorũ & eſſen-

& eſſentia, poſtmodum ſtans in igne examinationis. Calcinatur autem pari modo aurum & argentum ſc. cum ſale præparato, poſito ad duplum ſui, & cum furnelli flamine. Razi vbi ſuprà, Ceratio eſt ſublimatio partium ipſius cerati, vt minoretur & ſubtilietur ac perfũdetur humiditas ingreſſa in corpore. Quod non fit niſi cum cõtritione & imbibitione, donec ſubtilietur ſicut cera, quæ liqueſcit ſupra ignem cum minimo calore. Poſt cerationem artificio ſẽ fit ſolutio, deinde coagulatio. Alchemiſta. Itaq; præparatio corporum mineralium quadruplex eſt, calcinatio, ceratio, ſolutio, congelatio. Princeps quidẽ dicit in Epiſt. ad Arſen. Quod oportet ea primùm aduri, deinde calcinari. Sed aduri dicitur impropriè, quoniam aduruntur ſine poſsibile denigratione et cõbuſtione. Corpora munda.i. aurum & argentũ ideo calcinãtur, vt perueniat humiditas ad profundum ipſorũ, & vt ſit poſsibile ea cerare & ſoluere in aquã. Immũda verò vt pereat ab eis vnctuoſitas adurẽs, & nigredo q̃ in eis ex ſulphureitate cõſiſtit. Cerantur aũt dum in marmore porfiritico teruntur, donec fiant puluis ſubtilis, & apta ſint ad ſoluendũ. Poſt ſoluũtur in aquam clarã, & poſsunt miſceri cũ aqua ſpirituum, vt ex pluribus rebus fiat vna res iterũ nata. Et eſt fortaſſe quod dicitur in fine Metheororũ, niſi fortè in primã reducãtur materi

am. Tandem verò congelantur, quando quod ſolutum eſt in aquam, conuertitur in lapideam ſubſtantiam, vt ex eo Alchemiſta conſequi poſsit intentionem ſuam. Spiritus etiam quatuor modis præparantur, Qui ſunt mortificatio, ſublimatio, ſolutio, congelatio. Mortificantur quidem multipliciter, & ob multas cauſas. Nam argentum viuum mortificatur vt aptum ſit ad ſublimandum, quia niſi curſus eius auferatur, non poteſt ſublimari. Sulphur etiam & auripigmentum, vt in eis pereat virtus, adurens corpora, hanc enim aufert ab eis mortificatio. Sal verò armoniaç non indiget hac præparatione. Poſtea verò ſublimantur ſpiritus, vt purificentur, & non denigrent corpora. Fit autem ſublimatio, quando ſpiritus ex ignis calefactione reſoluitut in vaporē & fumum. Deinde retinetur ille vapor in cacumine vaſis & inſpiſsatur ibidem, ita quod poteſt recolligi. Soluuntur tandem & congelantur ſpiritus ſicut dictum eſt.

Qualiter Corpora dura liquefacta recipiunt tincturam, ex Epiſtola Auicennæ.

Permixtio quidem tincturarum cum corporibus duris lapideis, fieri non poteſt anteq̃ leniantur .i. mitigentur & currant. Nec eorum

lenifi-

lenificatio & curſus antequã liquefiant. Cum autem liquefacta fuerint, non omnis tinctura rubea vel alba effectum optatum conſequitur .i. metalli tranſmutationem. Tinctura nãque non proficit, ſiue quia aduritur, ſiue quia non figitur, ſed euolat & fugit, ſiue quia non ingreditur nec permiſcetur, ſiue quia non permanet fixæ diſpoſitionis, ſed purificatur & euolat, vel quolibet modo ſeparatur, ſiue quia nõ defendit argentum, ne aduratur ab his, quæ non adurunt argẽtum ſed æs ſicut plumbum. Inquirenda eſt igitur tinctura, quæ corporibus liquefactis permiſceatur, & non aduratur cum rebus acutis, adurentibus, ſed obuiet & non purgetur, nec permittat adurentia partes corporum ſeparare, habeatq; ſubſtãtiam conſolidatiuam & coagulatiuam, & fixam ſuper ignem. Ingenium quoq; permiſcendi iſta ad inuicem, ita vt fiant vniendo ſubſtantia vna, in quam ignis non imprimat .i. non eam euaporare faciat, tingatq; cum eo quod eſt in eo de tinctura, & permiſceatur cum eo, quod eſt ibi de ſubſtantia permiſcibili, conſolideturq; cum eo quod eſt ibi de ſubſtantia conſolidatiua, & figatur cum eo ſemper quod eſt de ſubſtantia fixa. Alchemiſta. In ſpiritu quidẽ multum eſt de tinctura, etiam antequam figatur, nec per eius fixionem augmentatur, quod è conuerſo eſt in corpore. Nam aurum non tin

git niſi primum augmentetur tinctura. Sed in qua quantitate augmentatur, in ea tingit. Similiter & reliqua corpora quæ munda ſunt, quia de quolibet Elixir fieri poteſt. Sed qualiter in eis augmentetur tinctura, ſecretum eſt.

Quod olei liquabilitas ſit cauſa permixtionis.

Subſtantia autem permixtionis eſt omne quod habet oleum in ſe, vt eſt aurum & argentum & etiam ſpiritus ſublimatus & inprægnatus. Et illæ ſolæ res permiſcētur, quæ ſunt eiuſdem naturæ & ponderis. Nam corpus metalli & vitri non permiſcetur, quia diuerſa ſunt. Similiter nec lapis nec metallum, quorum vnum ſiccum eſt & aliud humidum. Fit ergo permixtio inter corpora, quæ ad inuicem proportionātur in humiditate ac ponderoſitate. Hoc ſemper verum eſt niſi quando humidum cum ſicco, & calidum cum frigido miſcentur in compoſitione Elixiris. Sed in cōpoſitione Elixir & corpus ſupra quod projjcitur, debet eſſe ſimilitudo, quia aliter non coniungerentur, nullumq; Elixir ſiue de corpore ſiue de ſpiritu fit nec conſolidatur cum corpore ſupra quod proijcitur, niſi ſit ei admixtum illud, quod conſolidat corpora ad inuicem, hoc eſt oleum in aduſtis, ſiue de planta, ſiue animali. Fixa vero dicitur ſubſtantia, quæ ab

quæ ab igne in ipſum agente non corrumpitur, nec euaporatur. Hæc omnia ſi habuerit, tinctura bona erit & perennis, & à corpore in ſeparabilis. Auicenna vbi ſupra, cum autem inquirimus aliquid, quod ſi proijcitur ſuper liquefactum adhæret ei, & non commiſceretur ac ſubmergeretur in eo, nec ipſum corrumperet, non inuenimus niſi de mineralibus ſulphur, & de commixtis arſenicum, ipſum tamen fugiunt ſine mora, niſi quod breuiſsimo tempore incipiunt procedere ad conuerſionem cum eo. Inuenimus autam ingenium, per quòd illa rectificentur, ita vt eis remaneat adhærentia & deſtruatur aduſtio. Cauſa ſiquidem adherentiæ liquefactio eſt. Deinde ſimilitudo minereitatis & vicinitatis, quā habet cum eo. Eſt itaque ſubiectum liquefactionis humiditas currens, permixta partibus ſiccis terreis, in quibus moratur cum reſoluit eas ignis. Nec moueri poſſunt propter vehementiam commixtionis. Cauſa autem euaporationis eſt humiditas in eo, non vehementer commixta, ex hoc enim eleuatur ac egreditur. Cauſa verò aduſtionis eſt communitas cum igne. Itaq; auferatur aduſtio de oleo, antequam miſceatur cum corpore, & vt ſit adherētiæ vehemens cōmixtio fiat humidi cum ſicco, alioquin humidū euaporabit, & ſiccum remanebit nō currēs. Sed ſi bene immiſceatur
oleum,

oleum, facit currere ſiccum, & ab eo non euaporat vt dictum eſt.

Qualis fiat per Elixir metallorum tranſmutatio, ſecundum quoſdam.

Elixir itaque ſupra corpus minerale liquefactum proijcitur, ſuaq; tinctura tingit, & ſuo oleo ſubmergitur, & à calce ſua figitur, ſicque tranſmutat corpus ſecundum ſuam proprietatem, ſicut iam ſupra dictum eſt. Ex additis quarti metheororum Ariſto. Sciant autem artifices alchemiæ ſpecies naturæ permutari nõ poſſe, ſed his ſimilia facere poſſunt, vt album tingere citrino colore vt videatur eſſe aurum, plumbi quoque immundicias abſtergere, vt videatur eſſe argentum, veruntamen ſemper erit plumbum, ſed obtinebunt in eo huiuſmodi qualitates, vt errent in eo homines. Cæterum quod ſpecifica differentia aliquo tollatur ingenio, non credo eſſe poſsibile, ſed ibi fit ſpoliatio accidẽtium, vel coloris, ſaporis ponderis. Artificialia quoque non ſunt eo modo quo naturalia, nec tam certa, licet propinqua ſint & ſimilia, quoniam ars debilior eſt natura, nec cõſequitur eam licet multum laboret. Cæterum proportio compoſitionis iſtarum ſubſtantiarum, non erit omnibus eadem. Hęc igitur in aliam permutari non poſſunt, niſi

forte

forte in primam reducantur materiam, etſi in aliquod quod prius non erat permutetur, hoc autem per liquefactionem non fit. Alchemiſta. videntur tamen quod per ſolutionem in aquam primo, deinde per diſtillationem, tandem per congelationem in primam redigantur materiam. Fieri tamen non poteſt, vt artificioſa tranſmutata, talia ſint, qualia ſunt naturalia, & ab igne examinationis defendant ſe ſicut illa. Si enim ita eſſet, neceſſario oporteret, quod Elixir rubea, quæ proijcitur ſuper argentum, vt de eo fiat aurum, talis eſſet, quod ipſum argentum tranſmutatum defenderet ab omni, quod adurit argentum & non aurum, ſicut ſunt cementa & ſulphur, quæ in examinatione auri ponūtur. Similiter quod Elixir, qui proijcitur ſuper æs vt albificetur & tranſmutetur in argentum, defenderet ipſum ab omni eo, quod adurit æs, & non argentum, ſicut eſt plumbum, quorum vtrunque eſt impoſſibile. Sciendum itaque quod ſi aurum infuſione feruet & bulit, de magiſterio eſt, ſi non, nequaquam, & ſi poſt fuſionem citrinum eſt, bonum eſt, ſi nigrum prauum. Argentum vero ſi infuſione minuitur & facit ſcoriam artificiale eſt, ſin autem non, naturale.

De Operationibus Alchemiæ in cæteris corporibus.

Igitur quo ad nobilium corporum trāſmutationem, videtur hæc ars habere aliquid vanitatis & mendacij. Sed in ea tamen eſt ſubtilitas ſublimis, & vtilitas non parua, quantum ad tranſmutationes & diſgregationes, tranſmutationeſque eorum quæ in mundo iugiter fiunt ad varios vſus hominum partim natura, partim induſtria humana, vt eſt opus Minij, vermilionis, nitri & aurichalci. Vnde & dicta eſt occulta philoſophia, quia rationum & cauſarum inueſtigatio, quibus hæc fiunt, difficilis eſt & occulta. Tale eſt etiam diſgregare res quatuor de qualibet planta per diſtillationem, ita vt in vnaquaque remaneat dominium illius elementi. Et hoc eſt extrahere primo aquam, deinde oleum, tertio ignem, qui eſt liquor rubens, quarto loco remanet terra, tanquam fex. Et per hoc poteſt ſciri, quod elementum magis dominatur in illa planta, de qua hic agitur, de ſicca tamen planta non abſtrahitur aqua, quia ex ea iam euaporauit humiditas aquæ, quæ citius euaporat quam humiditas oleogina. Illa enim eſt quæ diutius remanens defendit plantas à putrefactione. Idē etiam fieri poteſt de quibuſdam rebus quæ procedunt ex animalibus, vt de oſſe, capillo, ouo, & huiuſmodi, vnde docet Auicenna in capit. de complexionibus membrorum, diſtillare oſſa & capillos, ad ſciēdum in quo eorum

plus

plus ſit humiditatis. Sic etiam extrahere ſalem de omnibus cineribus plantarum & oſsium & animalium & de calcibus lapidum. In hoc autem differunt hi ſales inter ſe, quod in ſale calcium non eſt oleum, quia caret vtraque humiditate, nec vegetatur nec nutritur vt planta & animalia. Animal enim ſecundum humidum & frigidum nutritur, & ſecundum calidum & humidum viuit, ſicque vita & nutrimentum prouenit ex humido in planta & animali, vt dicit Ioannes Damaſcenus. In ſale vero de cineribus plantarum & oſsium & animalium, quod ignis non potuit diſgregare, eſt enim inaduſtibile. Nam omne quod per diſtillationem egreditur fugit ignem, & habet naturam ſpirituum, vt ſupra dictum eſt. In qualibet etiam re minerali ſiue de terra ſiue de planta, ſiue de animali eſt oleum, ſine quo non poſſet fundi & currere.

De Opere vermilionis, cinabrij, & auricalchi.

Sunt & aliæ operationes multæ artificum, propter rerum tráſmutationes ad alchemiam pertinentes, verbi gratia, opus vermilionis per ſolũ ignem fit, vt de ſola ceruſa, quæ cum ſit albiſsima, ponitur in igne vehementi & fit rubea, eo quod eius occultum eſt rubeũ, licet manife-

manifeſtum ſit album. Nam in libro 70. dicitur, quod omnis res habet contrarium in occulto eius, quod apparet in manifeſto & è conuerſo. Ignis itaque quod manifeſtum eſt, ponitur in occulto, & quod occultum ponitur in manifeſto. Cinabrij vero tranſmutatio accidit ex proprietate compoſitionis, fit enim ex argent. viuo, & ſulphure albo vel citrino, quæ rubedinem quidem, quæ in eis non eſt in coniunctione acquirunt ex violentia ſulphuris, illata argent. viuo, mediante igne & ingenio artificis. Nam ſicut ex compoſitione diuerſarum rerum prouenit in compoſito virtus, quæ in ſimplicibus non eſt, vt in tiriaca, ſic & color in cinabrio. Æs autem tranſmutatur in auricalchum, quod fit mediante Thucia, quia fumus eius albificat, & habet naturam ſpiritus ſtatim, cum fumus eius proijcitur ſuper æs fuſum, vel miſcetur cum laminis æris. In ipſa æris fuſione ipſa thucia calefit, & fugam quærit tanquam ſpiritus, vnde oportet quod eius fuga fit per ipſum corpus fuſum, ſicque citrinat ipſum, quia fumus eius eſt temperate albus, & album huiuſmodi mixtum cum rubeo, reprimit rubedinem, fitque citrinatio, & ita fit auricalchum. Itaque arſenicum & thucia, propriam habent proprietatem ſe in ære imprimendi. Sed non eſt par vtriuſque effectus. Nam arſenici quidem citrini fumus
eſt

eſt albiſsimus, & albificat plus quam in eo ſit de tinctura, excedens omnem albedinem in albificando. Ideoque totam æris rubedinem ad ſe trahit, ac in album cōuertit, vt dicit Conſtantinus in lib. graduum, vbi agit de arſenico. i. auripigmēto. Fumus autem tuchiæ non tantùm habet de albedine, & ideo non aufert æris rubedinem ſed reprimit vt dictum eſt.

DE CORPORIBVS TERRÆ MINERALIBVS.

LIBER SECVNDVS.

RESTAT nunc paulò fuſius dicendum de ijſdem, alijſque quibuſdam terrenis corporibus, partim in viſceribus terræ, partim in eius ſuperficie apparentibus, videlicet de mineralibus & natiuis coloribus. Hæc enim à libro ſuperiori (ob euitandum prolixitatis faſtidium) reſcindentes, vberius in ſequentibus proſequenda reſeruauimus. A corporibus igitur mineralibus exordium capiamus. Seneca in naturalibus quæſtionibus libro 7. Sicut in nobis non tantum ineſt ſanguis, ſed multa alia genera humoris. Alia quidem ne-

ceſſarij alia corrupti, ac parum quidem pinguedinis, vt in oſsibus medullæ, in capite cerebrum, muci ſaliuę lacrymæque, ac quiddam additum articulis, per quod citius ex lubrico flectāts. Ita & in terra quoque plura ſunt humoris genera, quædam ſcilicet quę maturc durentur, & hic eſt omnis metallorum humor, ex quibus aurum & argentum auaricia petit, & quæ in lapidem ex liquore vertuntur. In quadam autem terra humores putreſcunt, ſicut bitumen & cætera ſimilia huic. Cæterum ſicut in noſtris corporibus, ſic & in illa humores ſæpe vitia concipiunt, vt caſſatio & ictus loci, aut ſenium aut frigus aut æſtus, quæ naturam corrumpunt.

De corporibus uerò mineralibus & corundem ſpeciebus ex libro metheo. quarto, ſupra dictum eſt, nunc

De metallis & eorum origine, Yſiodorus libro 14.

Metallorum genera ſunt ſeptem, videlicet aurum, argentum, æs, electrum, ſtannum, plumbum, & quod domat omnia ferrum. In notitiam verò formarum metalla venerunt, dum quocunque caſu ardentes ſyluæ excoquerent terram, quæ calefactis venis fudit ri-

uos

nos cuiuſcunque ſtructuræ, ſiue igitur æs illud fuerat ſiue aurum, cum in loca terræ depreſsiora decurreret, ſumpſit figurã in quam illud vel profluens riuus, vel excipiens lacuna formauerat. Quarum rerum ſplendore capti homines, cum ligatas attollerent maſſas, viderunt in eas terræ veſtigia figurata. Ideoque cogitauerunt ad omnem formam poſſe deduci. Tria autem ſunt genera auri, argenti æris, ſcilicet ſignatum, factum & infectum. Signatum eſt numiſmatis, factum quod in vaſis eſt & ſignis. Infectum quod in maſsis. In numiſmate tria quæruntur, metallum, figura, & pondus, ſi ex his aliquid defuerit, numiſma nõ erit. Antiquiſsimi autem nondum auro argentoq; iuuento, ære vtebantur. Nam prius ærea pecunia fuit in vſu, poſtea argentea, deinde aurea. Sed ab ea qua cepit, & nomen retinuit.

De naturali metallorum creatione, vide quæ ſupra ex Auicenna in Alchemia de anima enumerata ſunt.

Ariſt. Methor. 3. Cũ occultatur vapor humidus in terra, fiunt ex eo duo ſpeciẽrũ corpora, quarũ vna liqueſcit, vt æs & aurũ & argẽtum. Altera vero dilatatur in percuſsione vt ferrũ. Ex libro Metheor. 4. Ex aqua & terra conſtãt metalla, & quæcunque liquantur ab igne, iſta

ſunt aquoſiora: aurum profectò & argentum & æs & ſtannum ac plumbum liquantur in calido.

De metallorum inueſtigatione, Plinius lib. 33.

Sunt itaque metalla & opes & rerum dicuntur pretia, tellure intus exquirente multiplici cura. Alibi quoque diuitijs foditur, quærentibus aurum & argentum æs, electrum. Alibi delicijs gemmas & parietum digitorumque pigmenta, & alibi temeritati ferrum. Aurum etiam gratius inter bella proſequimur cædeſque. Videmus quoque ſuper excauatos montes, mirantes dehiſcere. Aliquãdo etiam tellurem ipſam intremiſcere. Imus in eius viſcera, & in ſede manium opes quærimus, tanquam illa parum benigna fertilique qua ſecetur, & inter hæc minimum remediorum gratia ſcrutamur. Cui enim fodiendi cauſa eſt medicina, quanquam & hæc medicinam ſcilicet ſummam ſui parte tribuit, vt minime parca facilisque in omnibus quæcunque proſunt. Illa nos premunt, illa & nos ad inferos agunt, quę occultauit atque demerſit. Quis finis eſt ſeculis omnibus, exhauriendi quouſque penetret auaritia, quâm innocens, quâm beata, imò vero quàm delicata vita hominis eſſet, ſi nihil

niſi

niſi quod ſupra terras eſt cōcupiſceret, ac non niſi quod ſecum eſt haberet. Eruitur aurum & criſocolla iuxta ipſum nomen ex auro cuſtodiens vt precioſior videatur. Natura ſibi peſtem inuenit, ponens in auro pretium, in pretio famem auri quæſiuit: auxerunt & prodigioſa ingenia rerum pretia. Acceſsit enim ars picturæ, ac celando aurum argentumq; fit carius. Et didicit homo naturam prouocare. Auxerunt & artem irritamenta vitiorum, in poculis libidines celare innuit, ac per obſcenitates bibere. Murina & criſtallina eadem fodiuntur terra, quibus pretium fecerat fragilitas ipſa, & hoc quidem vera luxuria æſtimata eſt habere, quod poſſet totum ſtatim perire. Nec hoc fuit ſatis, gemmarum quoque turba potamus, ex ſmaragdis calices teximus, ac temulētię cauſa Indiam tenere iuuat, & aurum iam acceſſu eius. Yſiodorus libro 16. Metallorum verò natura eſt talis, vt vbi vna vena apparuerit, ibi ſit ſpes alterius acquirendi.

De artificiali eorundem tranſmutatione ex doctrina Alchemiæ, vide initium primi libri. Autor.

De hac metallorum tranſmutatione plenius dictum eſt ſupra, nunc mihi videtur in ſpeciali dicēdum de ſingulis metallorum ſpe-

ciebus,igitur ab auro, tanquam à digniori ſumamus exordium.

De Auri natura, Yſiodorus.

Aurum ab aura dicitur. i. à ſplendore, eo quod percuſſo aere plus fulgeat. Naturale eſt enim vt metallorum ſplendor plus fulgeat, alia luce percuſſus. Obriſum autem dictũ eſt, eò quod ſplendore obradiat, eſt enim coloris optimi, quod Hebręi vocant opham. Ex libro de natura rerum. Aurum inuenitur in riuulis & in fontibus & etiam in montibus quandoque, ſed rarò. Multus autem labor eſt in lauando. Sed etſi per multas minutias terræ, & eius ſordibus inuenitur ſociatum, inuenitur tamen purum, & non terræ vel bituminibus in ſe admixtum ſicut æs vel argentum. Itaque ſi etiam inter pulueres bratea reperiatur, nequaquam tamẽ auri puritas in ſe ſordium ſqualoribus incorporat. Contra diem (vt dicitur) frigeſcit, & ſic cognoſcunt habentes aurum in digitis, quando dieſcit. Fertur etiam quod aurum inter omnia elementa profundius generatur in terra, & clareſcit cum malleo percutitur, & cedens in omnem partem dilatatur. Aurum poteſt occultari ſub ſpecie terrę plumboſę. Si enim auro cum liqueſcit admiſceatur argent. viuum, & poſt moueatur quouſque

infri-

infrigidetur, remanebit puluis. Argent. enim viuum ex penetrabilitate ſuæ ſubſtantialis humiditatis, ſeparat humidum auri, nec patitur ipſum habere continuitatem. Sic ferunt artifices ſarraceni, aurum ſuum de terra in terram, & cum volunt aurum habere purum, in fornace ponunt, & liquefaciunt, & exhalat argent. viuum ſine aliqua deperditione. Occultatur etiam ſub ſpecie pulueris terræ, ſi & liquefacto admiſceatur cinis, & moueatur cum teſtula, quouſque puluerizetur, teſtula quidem tunc propria humiditate deſtituta per calorem fornacis, extrahit humiditatem totam auri ad ſe. Idem quoque fiet ſi moueatur cum virga corilli recente. Calor enim auri liquantis extrahit & ſumit humiditatem virgæ, quo fit vt verſa vice inanita virga ab humiditate propria, attrahit ad ſe humiditatem auri, loco ſuæ humiditatis, ſicque relinquitur aurum vniuerſaliter diſcontinuatum. Hæc omnia poſſunt fieri de plumbo. Si vero Auricalchum fuerit auro admixtum, frangitur, eritque ſicut vitrum. Plinius lib. 9. Echini piſcis admodum parui, ſale ſeruati hác eſſe vim crebro magiſter affirmat, vt aurũ quod in altiſsimos decidit puteos, admotus extrahat. Idem lib. 33. Aurum paleis accenditur, omniq; auro ineſt argentum pondere vario, & alibi nona, alibi octaua inuenitur portio. Alibi

quoq; 37. Et ideo cæteris præeſt. Item aurum glutinatur argilla ferro, in auro lucentibus ſcintilla eſt terra alibi rufa, & alibi cinericia. Aurum quo melius eſt eo pulchrius. Omnia quidem argent. viuo innatant, præter aurum, id vnum ad ſe trahit. Ideoque & ipſum optimè purgat. Cæteras eius ſordes expuens crebro iactatu fictilibus vaſis, ita vitijs abiectis, ſed vt ipſum ab auro diſcedat, in pelles ſubactas effunditur, per quas ſudoris vice defluēs, purum reliquit aurum, Idem in lib. 29. Auri liqueſcenti ſi gallinarum membra miſceantur, in ſe conſumunt id. Ita hoc id eſt membra gallinarum eſt auri venenum. Idem in lib. 35. Aurum alumine nigro purgatur.

De ſpeciali ac multiplici auri præeminentia. Ex lib. de natura rerum.

Aurum cæteris rebus vel metallis eſt pretioſius durabilius & tractabilius, omni tempore fulget, & coinquinatū rubigine nō conſumitur, viſum fouet, & quanto rubicundius eſt, tanto melius eſt. In duplo quoque ponderoſius eſt, quam argentum aut æs, aut ſtannum. Cumque ſit generoſiſsimum ſuper omnia metalla, nihilominus eſt maxime ductibile ſuper omnia. Omni metallo temperatius eſt, & ideo quia caliditas eius modici

dici eſt exceſſus, non locatur in gradu, ſolum quoque non reſoluitur. Autor. Aurum itaque non ſolum eſt inter metalla præcioſiſsimum, ſed etiam ſolidiſsimum, habet colorem igneum, ſplendidum, fouentem viſum. In igne poſitum non comburitur, ſed purgatur & probatur. Itaque triplici de cauſa ponitur in igne, ad examinandum, ad probandum, & ad fabricãdum. Sed et humano corpori maximè conuenit, vnde in cibo ſumptum, iuuat multum. Plinius in libro 35. præcipuam auro fuiſſe gratiam arbitror. Nam colore qui in argento eſt clarior, magisq; diei ſimilis, & ideo militantibus ſignis familiarior, Quoniam ijs longius fulget, manifeſto illorum errore, qui colorem ſyderum in auro placuiſſe arbitrantur, cũ in gemmis alijsq; reb. non ſit præcipuus. Nec pondere nec facilitate materiæ prælatum eſt cæteris, cum cedit plumbo per vtrumq;. Sed quia rerum vni nihil deperit, igne tutum quippe eſt, incendijs rogisq;. Quinimó quô ſępius arſerit ad bonitatem auri proficit. Auriq; experimento ignis eſt, vt ſimili colore rubeat, ipſumq; obriſum vocant. Primum autem bonitatis eius argumentum quam difficillime accendi, pręterea mirum violentiſsimi ligni pruina indomitum, palea citiſsime ardeſcere, atq; vt purgetur cum plumbo coqui. Altera verò cauſa prætij maior eſt, Quod minimè vſus de-

ferit,cum argento ac ære & plumbo lineæ ducantur,manusq; ſordeſcant decidua materia. Nec aliud quidem auro laxius vel latius dilatatur,aut numeroſius diuiditur. Hiſpania ſtrigiles vocat paruulas auri maſſas,& quòd ſuper omnia ſolum in maſſa auramento capitur. cumque cætera in metallis reperta igni perficiantur, hoc ſtatim aurum eſt, conſumatamque materiam protinus habet cum inuenitur. Hęc enim inuentio eius naturalis eſt,alia verò quam dicemus coacta. Itaq; ſuper cætera non rubigo vlla,non ærugo, nihil aliud eſt ex ipſo quod eius bonitatem conſumat,pondûſue minuat. Iam verò contra ſalis & aceti ſuccos,rerũ domitores, eſt eius conſtantia,ſuperq; omnia netur & texitur. Æs autem inaurari argento viuo vel litargiro, legitimum eſt, & in hoc excogitata fraus eſt, vt dicemus, illorum naturam reddentes.

De quibuſdam modis aurum inueſtigandi, Plinius 33.

In noſtro orbe inuenitur aurum, vt omittamus Indicum. Et à formicis & griphibus apud ſcythas erutum. Apud nos quidem tribus modis, vno ſc. fluminum ramentis, vt in Thago Hiſpaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indiæ. Nec vllum abſolu-

abſolutius eſt aurum, vt ipſo curſu attrituque perpolitum. Alio modo ſcrobibus effoditur puteorum, aut in ruina montium, quare vtraque ratio dicetur. Aurum aquarum qui quærunt, ante omnia ſegulum tollunt, ita vocatur Indicum. Alueus vbi arenæque lauantur, & ex eo quod reſedit, coniectura capitur, vt inueniatur. Inuenitur autem aliquando in ſumma tellure protinus rara felicitate, vt in Dalmatia nuper tempore Neronis. Cæterum Hiſpaniæ montes aridi ſterilesq́;, in quibus non aliud gignitur, hoc bono fertiles eſſe cognoſcuntur, aliàs coguntur. Quod autem puteis foditur canalicium vocatur, marmoris glareæ inhęrens non illo modo, quo in oriente ſaphiro atq; Thebaico, cęterisq́; in gēmis ſcintillat, ſed micas amplexum marmoris. Hi venarum canales per marmor vagantur, & latera puteorum, & huc & illuc, inde nomine inuento. Tellusq́; ligneis columnis ſuſpenditur, & quod effoſsum eſt tunditur, lauatur, vritur, in farinā mollitur. Nam quod in pilis cudunt, pilaſtudem vocant, argentum quod exit à fornace, ſudorem qui camino iactatur. Spurcitia verò in omni metallo ſcoria dicitur. Hæc in auro coquitur iterum & tunditur. Catini ad coquendum fiunt ex taſconia, hoc eſt alba terra ſimili argillæ. Non enim alia afflatum ignem & ardentem materiam poſſunt tollerare.

Iterum

Iterum de alio inueſtigandi modo.

Tertia verò ratio inueniendi aurum vincit opera Giganthum. Cuniculis namq; per magna ſpacia actis ad lucernarum lumina, cauantur montes, pertractiſq; vigilijs, multis menſibus non cernitur dies. Subſiduntq; ruinæ ſubitò, & opprimuntur operantes. Ideo ſuſtinendis montibus relinquuntur crebri fornices. In vtroq; genere ſilices occurrunt, Hoc etiam igni & aceto rumpunt. Sępius etiam quoniam in cuniculis vapor eſt ſtrangulat & fumus, cedunt, fractas 150. libras agentibus, egeruntq; humeris noctibus ac diebus. Recentiores tanto faciunt terras, vt iam minus temerarium videatur, è profundo maris petere margaritas. Eſt ex quodā argillæ genere, terra glacie mixta, prope inexpugnabilis, quam vocāt candidam. Hanc quoq; ferreis cuneis & malleis aggrediuntur, nihilque durius putant, niſi quod inter omnia fames auri duriſsima eſt. Opere peracto ceruices fornicum cedunt, ab vltimo dat ſignum ruina, ſicq; mons fractus cadit ad ſe longe, fragore magno & incredibili flatu. Spectant victores ruinam naturæ, & tamen ad tanta pericula ſatis eſt cauſæ, quod cupiunt ſperare. Alibi quoq; rupes inuiæ ceduntur, ſedemq; trabibus cauatis præbere coguntur. Is qui cedit funibus pendet, vt procul auri li-

ri lineas aſpiciat. Item in ſupercilijs montium piſcinæ longe ac ſtricte cauantur, vt aqua recepta currens tanta vi rumpat, vt ſaxa prouoluat. Alius etiam nunc in plano labor eſt, foſſæ in quas profluat cauantur, & gradatim ſternuntur. Vlex eſt frutex rori marini ſimilis, aſper aurumq; retinens. Cuius latera tabulis clauduntur, vel tunduntur, ac per prærupta ſuſpenduntur, Ita canali profluente de terra in mare, vlex ſiccatur, vritur, & cinis eius lauatur, ſubſtrato ceſpite herboſo, vt aurum ſidat. Sic Aſturia & Galicia, & Luſitania aurum præſtat, ita vt plurimum Aſturia gignat.

Quæ fuit auri prima æſtimatio.

Vtinam è vita totum poſſet abdicari aurum (ſacra fames) Quanto felicius æuum fuit, cum res ipſæ permutabantur inter ſe, ſicut in Troianis temporibus factitatum Homero credi conuenit. Sic enim (vt opinor) commercia victus gratia inuenta, videlicet alios coriis boum, alios ferro captiuiſque rebus tradit emptitaſse. Quanquam & ipſe miratus aurum ſic fecerit æſtimationes rerum, vt centum boum arma aurea permutaſse diceret Glaucum cum Diomedis armis nouem boum. Ex qua etiam conſuetudine multa legum antiquarum permutatio conſtat Romæ. Peſsi-

mum ſcelus vitæ fecit, qui primus digitis aurum induit. Nec traditur quis hoc fecerit, nam & Prometheo ferreum annulum antiquitas dedit, vinculumq́; non geſtamen intelligi voluit. Nec ſenatum Romanum aureos habuiſse manifeſtum eſt. Sed ijs tantùm, qui legati ad exteras gentes ituri eſſent, annuli publicè dabantur. Sic enim apud exteros (vt credo) honoratiſsimi intelligebantur. Nec alijs vti mos fuit, quàm qui ex ea cauſa publicè accepiſſent, vulgoque ſic triumphabant. Et cum corona ex auro Etruſca geſtabatur à tergo, annulus tamen in digito ferreus erat, vt ęquam fortunam triumphantis ac ſerui oſtenderent. Hi quoq; qui ob legationem acceperant, in publico tantùm vtebantur, in domo autem ferreis. Quo argumento etiam tunc ſponſæ ferreus annulus mittitur: isq́ue ſine gemma. Porrò deorum honori in ſacris nihil aliud excogitatum eſt, quàm vt auratis cornibus hoſtiæ maiores duntaxat immolarentur.

De *luxuria modernorum in auro.*

Itaque peſsimum (vt diximus) inde ſcelus fecit, qui primus auro digitos induit. Proximum verò ſcelus fecit, primus denarium ex auro ſignans, quod & ipſum latet authore incerto. Populus ſiquidem Romanus ne argento qui-

to quidem ſignato ante Pirrhum regem deui-ctum vſus eſt: quin potius libralis, vnde nunc etiam libella dicitur, & dipondius appendebatur aſsis. Quin & militum ſtipendiorum, id eſt, ſtipis ponderandæ penſatores dicuntur libripendes. Qua conſuetudine in his emptionibus quæ mancipi ſunt, & nũc libra interponitur. Porrò in militia hæc quoq; adoleuit luxuria, feruẽtes fibulas tribunicias ex auro geri. Mulierum quoq; pedib. aurum geſtatũ viſum eſt. Et ne ſcelus in annulis arguamus, habẽt in lacertis etiam iá quidam et viri, quod de Dardanis venit, vnde & Dardanum dicitur. Habentq; fœminæ in armillis, totoq; collo & digitis & auribus, per has diſcurrunt catenæ circa latera, & inſerta margaritarum collo dominarum, auro pendent pondera, vt in ſomnoq; vnionum adſit conſcientia, denique luxuria multimodas addit gemmas exquiſiti fulgoris, cenſuque opimo digitos onerat. Mox & effigies varias celat, vt alibi ars, alibi materia ſit in precio. Plures quàm vnum annulum geſtare labor eſt. Alij brateas leuiore materia inſerunt, & propter cauſam gemmarum, totum ſollicitudinem putant. Alij quoq; ſub gẽmis cludunt venena, ſicut Demoſthenes oratorũ Gręcię ſummus, annuloſq; mortis gratia habent. Deniq; vt plurima opum ſic annulis fiunt ſcelera. Quib. quoq; delicijs venerunt ꝙ

aurea tam inaurata, cum ſciamus interdixiſse caſtris ſuis Spartacum, ne quis aurum haberet aut argentum. Meſsala orator prodidit Anthonium aureis vaſis in omnibus obſcænis de ſiderijs vſum fuiſſe, pudendoq; crimine Cleopatræ. Ita contumeliam fecit naturæ, vilitatem auro, opus dignum proſcriptione. Vaſa coquinaria ex argento caluus orator quæritur fieri, at nos carrucas ex argento facimus celari. Noſtraq; ætate Pompeia coniunx Neronis principis, quæ ſoleas induit ex auro, delicatioribus iumentis ſuis. Præter alia miror & populum Romanum victis gentibus in tributo ſemper argentum imperaſse non aurum. Itaq; Romę non fuit aurum niſi admodum exiguum longo tempore, vnde & à Gallis capta vrbe, vt pax emeretur, non plus quam mille pondo, potuerunt ſoluere. Sed iam regnauerat in Colchis Saleucos & Eſubopes, qui terram virginem nactus plurimum argenti & auri dicitur eruiſſe, ita quod velleribus aureis inclito regno, trabes etiam aureas & argenteas & columnas habuiſſe narratur. Habuerunt iam & alij multi plurimum auri de quibus in Plinio lib.33. ſufficienter.

De operatione Auri in Alchemia. Ariſtot. vbi ſuprà, libro quarto.

Aurum profecto liquatur calido, & ſi fuerit ſul-

rit ſulphur mundum & purum, & argentum viuum optimum, cum rubore clarum, fueritque in eo vis igneitatis ſimplicis non vrentis erit res optima, quam recipere poſsunt Alchemiſtę, vt ex ea faciant aurum. Hoc enim ipſum conuertetur in aurum. De hac auri operatione, vide ea quæ in libro primo de Auro dicta ſunt.

De Virtute ipſius in medicina, ex libro de natura rerum.

Aurum eſt calidæ naturæ, lepram & ſcabiem curat in puluerem redactum & in Antidotum mixtum. Habet etiam virtutem confortandi, non quod incorporetur aut membra nutriat, ſed quod alteratiua virtute corpus immutat. Vulnus ex auro factum non corrumpitur. Haly regalis in practica ſua ſermone 2. Auri folia carnem comedunt ſine morſura, ſuntq; ſicca ſubtilia, Limatura auri confortat cor, et pulſioni medetur, ſi quæ his proſunt medicaminibus admiſcetur. Acalimia auri melior eſt tenuis & magis deſiccans, & amplius elimans. Quæ ſi comburatur & eleuetur, deſiccat oculorum vlcera ſine morſura. Autor. Aurum vt dictū eſt ſuperius, omni metallo eſt tēperatius, vnde quia caliditas eius modici eſt accenſus, ideo non locatur in gradu, licet in

gradu ponatur ab aliquibus. Auicen. 2. Canone medicinæ. Aurum eſt æquale, ſubtile, confortat oculum in alcohol poſitum, confert doloril. cordis ac tremoribus eius, retentio eius in ore, fœtoré ipſius oris remouet. Cauterium melius eſt, & velocius ſanabile, quod fit cum auro, limatura eius ingreditur in medicinis melãcholię & in medicinis ſerpiginis, & allopicię leniendis & eis qui bibunt confert dolorib. cordis ac tremori eius ac dolori animæ & tremori, ac qui ſolus loquitur. Idem in eod. Clima verò eſt fex & fumus ſuper locũ, in quo funditur aurum eleuatus. Et illud quod ſubmergitur, laminoſum eſt. Auri clima melior eſt illa, quæ eſt aurea, cinericij coloris, recens & laminoſa groſſior. Eſt autem æqualis, ad ſiccitatem declinans in tertio. Ipſa verò & quod ablutum eſt de ipſa, ſubtiliora ſunt argenti clima. In ipſa ſunt exſiccatio & abſterſio. Implet vulnera fraudulentia, vulnerum quoq; ſordes mundificat, & corrodit carnes eorum, additũ albugini. Etiam oculo confert, & vitio aquæ, & oculum confortat. Plinius libro 34. Aurum vulneratis, & infantibus applicatur, vt minus noceant veneficia quæ inferuntur, fiſtulas ſanat & emorroidas. Quod ſi trito ſpumo adijciatur, vlcera putrida & tetri odoris emendat. Idem lib. 34. Vtiliſsima affirmatur eſse oculis ſpuma, quæ fit in aurarijs.

De

De eodem Conſtantinus in libro Graduum.

Aurum temperatius eſt cæteris metallis, habet proprietatem ſuffouendi ſtomachum, timoroſos cordiacos confortat. Galenus dixit eſſe contra melancholiam alopetiam atque tyriam. Quibus Chirurgia neceſſaria eſt, ſi fiat cum auro, nullam carnis putredinem facit. Paleola cum funditur, remanet in loco, vbi funditur, quaſi ſpuma, & dicitur Cadmia aurea, quæ videlicet contra oculorum dolorem & pannos humoribus calidis ab oculis deſcendentibus repugnat, palpebras confortat & neruos eorum incolumes conſeruat. Razes in almãſore. Aurum tremori cordis & melancholiæ præbet adiutorium. Cadmia auri ſubtilior eſt quam argenti, quę etiam albulam quę eſt in oculo remouet. Platearius in libro de ſimplici medicina. Aurum calidum eſt, & ex omni metallo temperatius. Fit autem de vena terræ per excoctionẽ, & quod inde ſuperfluum ſeparatur, ſpuma dicitur. Aurum habet virtutem confortandi & depurandi, vnde valet contra elephantiam, cardiacam paſsionem & ſincopin ſplenẽ & infrigidationem ſtomachi. Vinum etiã in quo extinctæ fuerunt laminæ aureæ candentes, ſpleneticos iuuat, quę ſi non poſsunt haberi, de calybe fiunt. Vſturæ

quoq; factæ ex aureo inſtrumento, meliores ſunt quàm ex alio metallo. Puluis Cadmiæ, id eſt ſpumæ auri, more collirij vel ſimpliciter oculis impoſitus, oculorum maculam corrodit. Sed quæritur vnde aurum confortat, cum nec incorporetur, nec membra nutriat. Ad quod dicendum, quod quædam confortant membra temperando ſpiritus, vt aromatica, quædam reſtaurando membra, vt cibi & potus. quædam conſtringendo relaxatum membrũ vt emplaſtrum ex maſtice factum. Quædam alterãdo qualitatem membri diſtemperatam, vt diaſcoraſtos ſtomacho ex fragilitate debilitato appoſitum. Quædam verò depurando ſuperfluitatem, quæ opprimendo debilitat, vt medicinæ laxatiuæ. Hoc modo igitur confortat aurum, dum aſperitate ſua confortat ſeu extergit ſuperfluum.

De Argenti natura, Yſiodorus vbi ſuprà.

Argentum Græci argyrion dicunt, cum mirum in modum illud accidit, vt cum candidum ſit, impreſſum corpori nigras lineas reddit, Plinius libro trigeſimotertio, Omni auro ineſt argentum, quo mollius eſt, eo pulchrius. Hidrargyro argentum inauratur ſolùm. Argenti duæ differentię, bacillis ferreis candentibus

ramento impoſito,quod candidum permanet probatur.Proxima bonitas ruffo, nulla nigro. Sed interuenit fraus experimento, ſeruatis in vrina virorum bacillis,ita ramentum inficitur dum vritur,candoremq́ue mentitur. Eſt autem aliquod experimentum politi in halitu hominis,ſi ſudet, protinusq́ue nubem diſcutiat. Ex optimo argento fieri ſolent optima ſpecula. Argentum medicatis aquis inficitur, & etiam afflato ſaleo, ſicut mediterraneis Hiſpaniç. Ex libro de Natura rerum, Argentum ductile eſt & tractabile, ſonorumq́ue ac tinnitus dulciſsimum, et hoc maximè ſi çri miſceatur. Vnde tubas ductiles ex argento fieri pręcepit Moiſes,ad terrorem hoſtium & exhortationem ad bellum, ad mouenda quoque caſtra, & populum ad haſtam conuocandum. Argenti venę multę, & in multis partibus orbis reperiuntur, nec eſt purum in ſe ſicut aurum, ſed terrę ac ſordib. incorporatum & admixtum. Ideo labor maximus eſt, vt per ignẽ expurgetur. Fumus autem purgationis eius valde nociuus eſt,nec de facili purgatur,fumo huiuſmodi infectum,niſi fumo thuris,aut aromaticis ſpecieb. ac vbi purum fuerit argentũ, durabile eſt. Impurum aũt de facili contrahit corruptelã.Argentum conſolidat alia metalla.

De Argenti fodina,Plinius vbi ſuprà.

Argenti metallo poſt aurum ſequens eſt inſania, non niſi in puteis reperitur, nullaque ſui ſpe naſcitur, nullis vt in auro lucentibus ſcintillis. Terra alia eſt ruffa, alia cineritia: excoqui non poteſt niſi cum nigro plumbo, aut cũ vena plumbi, quam Galenam vocant, quæ iuxta venas argenti plurimum reperitur. In prouincijs ferè omnibus, ſic in aquis reperitur argentum. Sed in Hiſpania ſterili ſolo atque etiam in montibus púlcherrimum reperitur argentum, & vbicunq; inuenitur vna vena, non procul inuenitur & alia, hoc ferè in omni metalli materia. Mirum adhuc per Hiſpanias ab Hannibale olim inchoatas durare puteos, ab inuentoribus ſua nomina habentes. Per magnum ſpatium cauantur montes, diebus & noctibus aquas egerunt. Argenti vena in ſummo reperta, vocatur crudaria. Finis fodiendorum metallorum & maximè argenti, antiquis ſolebat eſſe alumen iuuenum, vltro nihil quærebatur. Nuper autem inuenta æris vena alba infra alumen, finem ſpei fecit nullum, odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus eſt, ſed maximè canibus. Eſt & in his venis lapis, cuius vomica liquoris argentum viuum appellatur, de quo ſuprà, & inferius quoque dicetur. In ijsdem etiam argenti metallis inuenitur, vt propriè dicamus, lapis ſpumæ candidæ nitentisque, non tamen

trans-

tranſlucentis. Hunc alij appellant ſcibiam: alij alabaſtrum, alij turbaſin. Duo ſunt eius genera, mas & fœmina, fœminam magis probant. Horridior eſt mas ſcabriorque, ac minus ponderoſus, minusque radians, & magis arenoſus: fœmina verò è contra nitet, fricabilis, fiſsurisque dehiſcens, non globis: vis eius eſt aſtringere & refrigerare.

De Operatione ipſius in Alchemia, ex libro Methcor. 3.

Argentum ſicut & aurum ex aqua & terra conſtat, & liquatur calido, ſicut & alia metalla. Ex libro de natura rerum. Argentum depuratur de cupro mediante plumbo, & ſiquidem fabricatum ad ſuperficiem planam in igne ponatur, & extractum eandem omnino ſuperficiẽ retineat, patet quod à cupro eſt mũdum. Sin autem in medio fiſsuram habeat, non eſt depuratum. Siccitas enim cupri facit ad corrugationem, propter quam talis apparet fiſsura. Veruntamen argentum quando non eſt omnino purum, cum ſubſtantia eſt multum coagulata, ſi percutiatur non diffunditur in longum & latum, ſicut nec glacies, ſed frangitur, ideoq; apponunt argento cuprum, vt ex commixtione ſicci cum humido generetur viſcoſum, quod ſit diffuſionis ar-

genti principium. Argentum etiam viuum in igne cum argento mixtum, aufert frangibilitatem argenti, quæ eſt ex nimia ſiccitate. De hoc vide quæ ſuprà de argento expoſita ſunt.

De virtute ipſius in medicina, Auicenna in ſecundo Canone.

Argentum infrigidatiuum eſt exſiccatiuũq; bonum eſt valde ſcabiei & prurigini. Eius confricatio cum alijs commixtionibus confert fœtori oris, ac tremori cordis, & humiditatibus viſcoſis. Conſtantinus vbi ſuprà. Argentum frigidum & temperatum in humiditate eſt, & eſt cõtra humidũ & viſcoſũ phlegma. Cadmia tamen auri fortior eſt, & melior argentea. Razis in almanzore. Argentum frigidum eſt, cordiſque tremori proficit, Cadmia argenti ſcabiei, quæ in corpore oritur & puſtulis, limatura argẽti ſi conteratur cum argento viuo prodeſt emorroidis. Acelimia argẽti melior eſt tenuis, mardaſegeno ſimilis. Temperata eſt in calore & frigore, ſiccæ complexionis, deſiccatiua, pontica. Si comburatur & lauetur, elimat viſum, deſiccatque ſine morſura, oculorum replet vlcera carne, deſiccat vlcera in corpore manifeſta. Item purgamentum argenti melius eſt viride ac tenue. Ponticum eſt deſiccans fortiter, ideoq; neceſsarijs admiſce-

admiſcetur ad cicatrizandum vnguentis. Plinius vbi ſupra. Argenti ſcoriæ vis eſt adſtringere corpora & refrigerare, additur in emplaſtris, & valet cicatricibus glutinandis, prodeſt etiam contra tenaſmos & diſſenterias cum oleo mirrhæ clyſteribus infuſa. Adduntur etiã medicamentis, quæ vocantur lippara, ad vlcera excreſcentia, vel ex attritu facta, vel in capite manantia. Argenti ſpuma quæ eſt materiæ purgantis ſe, valet ad colliria, & nitrum ad cicatricum muliebrium fæditates maculaſque tollendas, & valet ad capillum abluendum. Vis autem eius eſt ſiccare, mollire, refrigerare, temperare, purgare, vlcera explere, tumores etiam in emplaſtris lenire, tollit & ignes ſacros, cum ruta mirtaque & aceto.

De ſpeculis & vaſis ex argento. Albertus.

Argentum bene politum inter omnia metalla melius eſt ſpeculum, quia in colore magis accedit ad diaphanum. Plinius vbi ſupra. Laminas duci, ſpecula fieri, non niſi ex optimo argento, creditum olim fuerat. Ad id quoque iam fraude corrumpitur. Sed mira eſt natura imagines reddendi, quod percuſſo aere, atque in oculos regeſto, conuenit fieri, eadem vi in vſu ſpeculi polita craſsitudine, paululumque propulſa, dilatatur in immenſum magni-

tudo imaginum. Tantum intereſt repercuſſum illum excipiat aut reſpuat. Quin etiam pocula ita figurantur ex ſculptis vel expulſis intus crebris ceu ſpeculis, vt vel vno intuente, plus totidem imaginum fiat. Excogitantur & monſtrifica, vt in templo dedicato Smirnæ. Id autẽ euenit figura materiæ, plurimumque refert, vtrum concaua ſint, an media depreſſa, an elata, an auerſa, an obliqua, ſupina an recta qualitate excipientis vmbras venientes figuræ. Optima fiebãt apud maiores Brunduſiha ſtanno & ære mixtis. Sed nunc prælata ſunt argentea. Nuperque repertum eſt, certiorem imaginem reddi auro appoſito auerſis. Tingit & Aegyptus argentum vt in vaſis a nubem ſuum ſpectet, pingitque non celat. Tranſijt inde materia, & triumphales ſtatuas, mirumque creſcit pretium fulgoris excecati. Id autem fit hoc modo, miſcetur argento tertia pars æris ciprij tenuiſsimi, quod coronarium vocant, & ſulphuris viui quãtum argenti. Ita conflantur in vaſe fictili argilla circumlito. Modus coquendi eſt donec ipſa ſe opercula aperiant. Nigreſcit & oui luteo indurati, vt tamen aceto & creta deleatur, mirum autem celando tunc neminem claruiſſe. Vaſa ex argento mira humani ingenij variat inconſtantia, nullum genus officinæ probando. Nunc furiana, nunc clodiana, nunc gratiana, nunc ana-

anaglifa. Vaſa coquinaria ex argento fieri, caluus orator quæritur, at nos etiam carrucas ex argento celatas inuenimus.

De Hidrargiro.

Inuenitur & hidrargirum in vicem argenti viui paulo ante dilatum. Fit autem duobus modis, ſcilicet æreis mortariis ac piſtillis trito minio ex aceto, aut patinis fictilibus impoſitum ferrea concha calce coopertum, argilla ſuperillita, deinde ſub patinis follibus accenſum igni continuo, atque ita ſudore calcis deterſo, qui fit argenteo colore, & aqueo liquore. Idem guttis diuidi facilis, ac lubrico humore confluere. Quod cum venenum eſſe conueniat, omnia quæ de minio in vſum medicinæ traduntur, arbitror temeraria. Prætерquam fortaſſe, quod illum capiti ventriue ſanguinem ſiſtit, dum nequit in viſcera prætereat ac vulnus attingat. Nam aliter vtendum eſſe non equidem cenſeo. Hidrargiro argentum inauratur ſolum nunc prope cum & in æra ſimili modo duci debeat. Sed eadem fraus, quæ in omni vitæ parte ingenioſiſsima eſt, viliorem excogitauit materiam vt docuimus. Auri argentique inuentionem comitatur lapis, quem appellant coticulam, qui non niſi ex Himocho flumine, quem alij nunc

paſsim

paſsim heraclium, alij lydium vocant, ſolet in ueniri. Sunt autem modici, quaternas vncias longitudinis habentes, binaſque latitudinis non excedentes. In his melius quod fit à Sole, quá quod à terra. His coticulis periti, cum è vena lima experimentum rapuerint, protinus dicunt, quantum auri ſit in ea, quantum argenti vel æris.

De Lithargiro, Yſiodorus.

Lithargirum dicitur argenti purgamentũ, quod nos argenti ſpumam vocamus, fit enim ex argento & plũbo. Plinius vbi ſupra. In prędictis metallis fit & vna quæ vocatur argenti ſpuma. Huius genera ſunt tria, quorum illa, quam chriſitin vocant eſt optima, quam argiritin ſecunda, mollibidin autem vocatur tertia, & plerunque omnes hi colores in eiſdem inueniuntur tabulis, probatiſsima eſt Attica, ſecũda Haſpamẽſis. Chriſitis ex ipſa vena fit. Argiritis ex argento, Molibditis autem ipſius plumbi fuſura eſt, quæ fit Puteolis, & inde nomen habet. Omnis autem fit ex cocta ſua materia, ex ſuperiori catino defluens in inferiorem. Ex eo deniq; ſublata verunculis ferreis, atque in ipſa flamma conuoluitur veruculo, & fit modici ponderis. Eſt autem ferueſcentis & futuræ materiæ, ſicut intelligi poteſt ex ipſo no-

ſo nomine ſpuma. Diſtat à ſcoria, quo à fece poteſt diſtare ſpuma. Alterum purgãtis ſe materiæ, alterum purgatæ vitium eſt. Quidam duo genera faciunt ſpumæ, quæ vocant ſtelerythida & peumenem. Tertium molibdenam in plumbo dicendam. Vt autem ſit vtilis ſpuma, iterum coquitur confractis tabulis ad magnitudinem annullorum, ſicque accenſa follibus, ad ſeparandos carbones cineremque abluitur, quaſi ſit argiritis, vt candore decóretur magnitudine fabę confracta in fictili coqui ex aqua iubetur, addito in linteolis tritico & hordeo nouis, donec illa purgentur. Poſtea ſex diebus terunt in mortarijs, ter die abluentes aqua frigida, & cum deſinant calido addito ſale, in librum ſpumæ obolo. Nouiſsimo autem die condunt in plumbeo vaſe. Alij cum faba candida & ptiſana coquunt, ſiccantq́ue diebus quadraginta calidiſsimis æſtate. Sunt qui non coquunt, ſed cum ſale terunt, abiectaq́ue aqua, abluunt.

De vſu Litbargiri in medicina.

Vſus autem eius ad colliria & vitrum, ad muliebrium tollendas fæditates cicatricum, maculaſque abluendas, & ad capillum. Vis autem eius eſt mollire, refrigerare, explere, temperare, tumores vlcerũ lenire. Talibus etiam em-

emplaſtris, ignes ſacros cùm ruta mirtoque & aceto tollit. Razis in almázore. Lithargirum frigidum eſt & ſiccum, excoriationibus & fætori ſudoris confert, carniſque augmentum præſtat. Platearius vbi ſupra. Lithargirum frigidum eſt & ſtipticum, quod ſtipticum eſt conijcimus, quia ſiccum eſt & tamen in qualitatibus ſuis eſt temperatum. Lithargiri multiplex differentia eſt. Eſt enim quoddam; quod eſt ſpuma auri, & cum frangitur interius ſimile eſt & cadmia dicitur proprie. Eſt & aliud ſpuma argenti, quod fit per excoctionem in igne, cum non purum à puro ſeparatur, & magis attinet humiditati & frigiditati. Eſt & lithargirum quo communiter vtimur ſcilicet fex ſtanni, quod fit ſimiliter per excoctionem, cum fit ſtannum ex minera terræ, & illud frigidum eſt & ſtipticum, ſimiliter dicũt quidam Lithargirum reperiri quod eſt fex plumbi. Lithargirum autem quo vtimur communiter eſt fex ſtanni, virtutem & conſtringendi, & conſolidandi habet & purgandi, & diuerſo modo conficiendi. Puluis lithargiri vlceribus impóſitus, ſaniem conſumit, & vlcera conſolidat, contra ſcabiem quoque & precipue factam ex ſalſo flegmate vel cholera, fit decoctio aliquantula olei nucum & puluis lithargirij ſubtiliſsimus cum aceto diu conficitur, poſt additur oleum nucum & bene

bene conficitur. Sed & contra diſſenteriam vitio inferiorum factam, iuuat lithargirum, & contra virgæ vlcerationem. Lithargirum quoque quod eſt ſpuma auri pulueriſatur, & cum aqua roſarùm frequenter abluitur, & ille puluis in modum collirij vel ſolus vel cum aqua roſarum oculis imponitur. Contra feruores apoſtematum in eriſipila conficitur, puluis lithargirij & ceruſſæ, cum aqua roſarum, & circumvngitur, valet & idem puluis ad faciem depurandam. Conſtantinus vbi ſupra. Lithargirum quidam dicunt neque refrigeratum neque calefactum eſſe, ſed mediocre, eſſe tamen ſtipticum, ſolidatiuum, & omnium membrorum concauorum de bona carne repletum teſtatur. Carnem ſuperfluam rodit inunctum, ſcabiem, ſudorem alarum, & omnia vlcera & puſtulas curat. Nonnũquam cliſterizatum, fit optimum remedium, vulneratis inteſtinis. Cum oleo roſaceo mixtum, puſtulas narium & labiorum extirpat. Haly vbi ſupra. Lithargirum melius eſt Atticum & Hiſpanicum, vt cum frangitur quaſi lumen refulget. Temperatum eſt in caliditate & frigiditate deſiccans, prodeſt vlceribus humidis & apoſtematibus calidis, ſi eo cataplaſmentur, eſt & in eo quædam ponticitas, vnde & carnem in humidis vlceribus producit.

De ære vel Cupro, ex libro de natura rerum.

Æs ſiue cuprum eſt eiuſdem duriciei cum argento, & eiuſdē liquoris, hoc excepto quod eſt rubei coloris. Æs nulla rubigine corrumpitur, fætorem habet, & tamen dulce ſonat. Ex libro quarto Metheororum. Æs ſicut & plumbum & glacies & quæcunque calidi priuatione coagulātur, & à calido liquantur. Æs pulſui cedit. Eſt autem pulſui ceſsio empipedi in profundum tranſitio. Item quædam ductilia ſunt, vt æs, & quæcunque eadem plaga ducuntur in latitudinem pariter & in profunditatem tranſponi ſecundū partem. Æs quoque liquabile eſt & non flamans, & quæcunq; liquantur ab igne, iſta ſunt aquoſiora, vt argentum & æs. Porro ſi fuerit argentum viuum bonæ ſubſtantiæ, & ſulphur non purum, ſcilicet quod ſit in eo vis adurens, conuertit ipſum in æs. Yſiodorus. Æs autem à ſplendore aeris dicitur, ſicut & aurum & argentum. Apud antiquos prior æris vſus cognitus eſt quam ferri. Ære quippe primi proſcindebant terram, & certamina belli gerebant, eratque in pretio æs magis. Aurum vero & argentum propter inutilitatem reijciebantur. Nunc autem vice verſa iacet æs, & aurum ſummo ceſsit honore, vſus æris primus tranſit in ſimulachris, poſtea in vaſis, in ædificiorum ſtructuris, ad perpetuitatem

tuitatem quoque monimentorum, publicæ conſtitutiones in ære conſcriptæ ſunt. Aes rubiginem celerius trahit, niſi oleo perungatur. Seruari autẽ illud optime in liquida pice tradunt. Inter omnia autem metalla æs vocaliſſimum eſt, & maximæ poteſtatis, ex eo & æneæ laminæ fiunt. Philoſophus. Aes ſiue cuprum ſonorum eſt & vocale, natura calidum, ſonus eius per ſe rudis eſt, admixtum verò ſtanno vel argento, vel auro, validum eſt valde, dulcemque tinnitum habet. Tinnit autem altius cæteris metallis, ſed vexat auditũ, cum ſtanno commodius temperatur niſi. Et fuſile quidem eſt & in omne artificium ductile, ſed cum labore, & moderatione verberantis. Nunquam vero ſic purgari poteſt, quin facile contrahat corruptelam, durat tamẽ in annos plurimos. Plinius libro 34. Aes contactum menſtrui, graue virus odoris accipit & ęruginem, magiſque ſi luna decreſcente id accidit. Idem in libro 34. Aes inaurari argento viuo aut hidrargiro legitimè ſolet. Sed excogitata fraus eſt, æs ſi quidem in primis cruciatur, accenſumque reſtringitur aceto, ſale, alumine. Poſt ea vero exarenatur, & ſi ſatis decoctum ſit, ſplendore comprehenditur. In cinerem quoque ab igne exhalatur, vt poſsit edomitum mixtis punice, alumine, argento viuo, inductas brateas accipere.

De diuerſis ſpeciebus æris, Yſiodorus.

Sunt autem diuerſæ ſpecies æris, vt æs cyprium, corintheum, pyropum, regulare campanum. Cyprium æs in cypro inſula prius repertum eſt, vnde appellatum eſt. Fit autem ex lapide eroſo, quem cadmiam vocant, & eſt ductile, huic ſi additur plumbum, colore purpureo fit. Corinthium æs huiuſmodi commixtio eſt, qualis fuit facta apud Corintheum. Coronarium vero ex ære ductili tenuatur in laminas, taurorum felle cinctum, auri ſpecies in coronis hiſtrionum præbet, vnde & nomen habet. Pyropum autem igneus color vocauit. Nam in ſingulis æris vncijs additis ſcrupulis ſenis auri, præ tenui lamina igneſcit, & flammas imitatur. Regulare æs dicitur quod ab alijs ductile vocatur, eò quod malleo perducatur, ſicut è contra fuſile, quod funditur, & hoc etiam caldarium dicitur, malleis enim frangitur. Omne autem æs diligentius purgatis igni vitijs & excoctis regulare efficitur, campanum à campana Italiæ dictum, vtenſilibus & vaſis eſt probatiſsimum. Plinius libro 34. Aeris vena foditur ignique perficitur, fit ex æroſo lapide quem cadmiam vocant, fit etiam ex alio lapide, quem calcithen vocant in cypro, vbi prima fuit æris inuentio.

De

De operatione cupri vel æris in alchemia, videnda quæ in primo libro de ære dicta ſunt.

De virtute ipſius in medicina. Platearius.

Æs artificio quodam coaptatur & comburitur, vt poſsit puluerizari. In olla terrea ponitur æs rubeum ſcilicet quod diu ante à fabris fabricatum eſt, & in fornace vbi fit ignis continuus ponitur diu, poſtea puluerizatur. In excoctione enim nimia, augmentur partes terreſtres, & diminuuntur aquoſæ. Huiuſmodi ergo æs vſtum calidũ eſt & ſiccum in quarto gradu, virtutem habet conſumendi melancholicum humorem, purgandi & extenuandi, vnde conuenienter ponitur in emplaſtris contra ſplenem. Carnem ſuperfluam corrodit, cõtra fiſtulam puluis eius cum melle conficitur, & penna intincta imponitur. Razis in almanzore. Æs vſtum capillos tingit, vulnus conſolidat, aquam expellit. Auicéna in ſecundo canone medicinæ. Aes calidum eſt & ſiccum in tertio, vlcera maligna ambulatiua conſolidat & prohibet, & carnem augmentatam corrodit. Acuit viſum, & confert duriciei palpebrarum. Capillos denigrat, palato illinitu vomitum excitat. In ære vſto eſt ſtipticitas & acuitas conſolidatio. Eſt autem genus æris

quod dicitur calachon, & frequens eſt prouerbium, ſi cum forcipicibus de calachō euellantur pili, prohibebit ortum eorum. Non eſt autem bibendum vaſis æreis, in quibus eſt ſalſedo, vel amaritudo, vel acetoſitas, aut dulcedo, aut pinguedo, ſicut ſunt olera vel carnes, ipſa quidem tranſmittunt Zimariam, quod eſt venenum. Conſtantin. vbi ſupra. Aes vſtum calidum & ſiccū in quarto gradu, vulnera mundificat, tenebroſitatem oculorum clarificat, ſuperfluam carnem vulnerum deſtruit, peſsimis vulneribus ne dilatentur, repugnat. Sed lotum fit vtilius humidis naturis, ſicut eunuchis, pueris & mulieribus. Plinius lib. 34.

Aeris metalla multis modis inſtruunt medicinam, vt pote cūm vlcera omnia ibi ocisſimè ſanentur, maximè tamen prodeſt cadmia. Haly vbi ſupra. Aes vſtum melius eſt ſubtile, leue, planum, & vtrumq; rubeum. Eſt autem calidum ponticum, cicatrizat vlcera, quę ſunt in corporibus dura, ſed & ſi abluatur, mollia quoque cicatrizat corporis vlcera.

De cadmia æraria, Yſiodorus.

Purgamenta vero æris ſunt cadmia & ęrugo & æris flos. Cadmia gignitur in metallorū æris & argenti fornacibus inſidente nitore. Nam & ipſe lapis cadmia vocatur ex quo æs

fit. Sic

fit. Sic rurſus in fornacibus exiſtit & ſui nominis originem recipit. Plin. vbi ſupra. Cadmia ſine dubio fit in argenti fornacibus, candidior & minus ponderoſa, ſed nequaquam ærariæ comparanda. Tria ſunt eius genera vel etiam plura. Nam ipſe lapis ex quo fit æs, cadmia vocatur, neceſſarius quidem fuſuris, & medicinæ inutilis. Sic rurſum in fornacibus alia exiſtit, quæ ſui nominis originem recipit. Fit autem egeſta flammis, atq; flatu tenuiſsima parte materiæ, in cameris lateribuſue fornacum, ore quo eluctantur flammæ, appellata capnitis, exuſta eſt, nimia leuitate ſimilis fauillæ. Interior autem eſt optima cameris depẽdens, & ab hoc argumento botriſentos cognominata. Hęc priore põderoſior, ſequuturis leuior, duo ſunt eius colores, deterior eſt cinereus, melior puniceus, frialis, & oculorum medicamentis vtiliſsima. Tertia eſt in lateribus fornacũ, quę propter grauitatẽ ad cameras peruenire non potuit, & hęc dicitur placitis. Et ipſa hoc argumento cruſta verius quã pumex intus, varias ad pſoras vtilior, & ad detrahandas cicatrices, fluũt ex ea duo alia genera, onichitis extra penè cerulea, intus onichiti maculis ſimilis. Oſtracitis tota nigra, cęterarumq; ſordidiſsima, vulneribus maxime vtilis. Omnis autem cadmia in cypri fornacibus eſt optima. Iterum à medicis coquitur carbone puro, & vbi redigi-

tur in cinerem extinguitur, quæ ad emplaſtra præparatur vino amineo. Quæ vero ad pſoras aceto. Quidam in ollis fictilibus tuſam vrunt, & in mortarijs lauant poſtea ſiccant. Cadmiæ effectus eſt ſanare, ſiccare, fluitiones ſiſtere, pterigia, ſordes oculorum purgare, ſcabriciem extenuare. Et quicquid in effectu plumbi dicemus inferius, & æs ipſum ad omnia eadem vritur, prętereaque albugines oculorum cum lacte ſanat, facit & vomitiones è melle ſumptum. Vritur autem æs cyprium in fictilibus crudis, cum pari pondere ſulphuris, vaſe circumlito ſpiramento in caminis, donec ipſa vaſa percoquantur, quidam & ſalem, aliqui alumen pro ſulphure addunt. Alij vero nihil ſed aceto tantum perfundũt, vſtum thebaico mortario teritur, aqua pluuiæ lauatur, iterum adiecta largiore teritur, ac relinquitur donec cõſedeat, & hoc ſæpius donec ad ſpeciem minij redeat, tunc ſiccatum in ſole in ærea pixide ſeruatur.

De ſcoria æris, & flore ac ſquama.

Æris ſcoria ſimili modo lauatur, minore effectu quam æs. Haly vbi ſupra. Tubal hoc eſt æris ſcoria melius eſt nigrum, ſed inclinãs ad ruborem, tenue velut cortices, & ære combuſto eſt ſubtilius. Elimat & incidit quæ noxia ſunt. Tenebras oculorum aufert, & aſperi-

tatem

tatem palpebrarum diſſoluit. Zemarum. i. viridum æris calidum, carnem ſuperfluam comedit, & eſt incidens, ſi cum cera, & oleo oliuæ miſceatur. Elimat ſine morſura, & carnem adducit. Plinius vbi ſupra. Aeris quoque flos eſt vtilis medicinæ. Fitq; ære fuſo, & in aliam fornacem translato. Ibi namque flatu crebriore excutiuntur, velut milij ſquamæ, quas lepidas vocant, & ſic adulteratur flos, vt ſquama veneat pro ea. Eſt autem ſquama æris decuſſa vi clauis, in quos panes ærei ferruminantur. In cyprijs maxime officinis omnia. Differentia hęc eſt, quod ſquama excutitur ictibus ijſdem, panibus flos ſponte cadit. Eſt alterum genus ſquamæ ſubtilius ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum, quod ſtomoma vocant. Squama autem & flos in patinis fictilibus aut æreis vruntur, deinde (vt ſupra) ad eoſdem vſus lauantur. Amplius & narium carnoſa tollit vitia, ſedis ac aurium grauitates, per fiſtulas in eas flatu impulſa, vuas aliaq; vlcera oris aufert admota farina, & tonſillas cum melle. Fit autem ex ære cãdido Cypreo, ſquama longe inefficatior. Yſiodorus vbi ſupra. Æris flos fit ſeu gignitur conflationibus ære reſoluto ac liquato, aqua frigida ſuperinfuſa, repentina quippe denſatione, tanquam de ſucco reparatur flos. Auicenna vbi ſupra. Flos æris ſtipticus eſt, corroſiuus & mordicatiuus.

carnem additam corrodit. Quod ex eo album eſt, tritum & in aurem ſufflatum, delet ſurditatem antiquam. Et ex eo tingitur palatū cum melle propter apoſtemata gulæ & vuę. Soluit autem humorē groſſum & aquam citrinam. Et ponitur in exſiccantis hemorrhoidarum & exiturarum ani. Conſtant. vbi ſupra. Flos æris calidus eſt & ſiccus in 4. gradu, carnes ſuperfluas conſumit, & viſum clarificat.

De ipſius rubigine vel ærugine. Plinius vbi ſupra.

Æra exterſa celerius ſentire rubiginem quā neglecta tradunt, niſi oleo perungantur, ſeruari autem optimè in liquida pice tradunt. Yſiodorus. Æruginem quoq; æs creat. Nam æreæ laminæ ſuper vas aceti aſperrimi ſuperponūtur, atq; ita diſtillantibus quod ex eis ceciderit in ipſum acetum teritur & cribratur. Plinius vbi ſupr. Æruginis quoq; magnus eſt vſus. Sed illa fit modis pluribus. Nam & è lapide ex quo coquitur æs deraditur, & ære candido perforato, atq; in cadis ſuper acetū ſuſpenſo, æreo obturatumq; operculo, multo probatior eſt quā ſi hoc idē ſquamis fiat. Quidā ipſa vaſa cādidi ęris in aceto fictilibus condunt, ac decima die radūt. Alij vinaceis tegūt, totidemque poſt dies radūt. Alij delimatā ęris ſcobem

aceto

aceto ſpargunt, verſantq; ſpatis ſæpius die, donec abſumatur. Eandem ſcobem verò alij malunt in mortareis æreis ex aceto terere. Ocisſime verò coronarium trahit æruginem, reciſamentis in acetum additis. Adulterant autem marmore trito maxime Rhodiam æruginem. Alij pumice aut gummi, præcipuè verò fallit atramento adulterata ſutorio. Cætera quippe dente comprehenduntur ſtridentia in frendendo. Experimentum eſt in bacillo ferreo, nam quæ ſincera eſt colorem ſuum retinet. quæ mixta atramento rubeſcit. Deprehenditur et papyro galla pri9 macerato, nigreſcit.n. ſtatim illita ęrugine, deprehenditur & viſu malignè virens. Sed ſiue ſinceram ſiue adulterã. ſiccatam eam aptiſsimum eſt vri ac verſari in patina noua, donec fiat fauilla, poſtea teritur & reconditur. Nonnulli & thus maſculum admiſcẽt, lauatur autem ærugo ſicut Cadmia. Vis eius oculorum collirijs eſt aptiſsima, & de lachrymationibns mordendo proficua. Sed ablui neceſſarium eſt penicillis calidis, donec rodere deſinat. Ærugo cruda, vulnerarijs emplaſtris miſcetur, oris etiam et gingiuarum exulcerationem mirifice emendat. Et laborum vlcera cum oleo. Quòd ſi & addatur cera purgat, & ad cicatricem perducit. Ærugo & callũ fiſtularum erodit, vitiaq; circa ſedem, ſiue per ſe ſiue cum hammoniaco, illita, vel collirij mo

do in fiſtulas adacta. Eademque cum reſinæ terebentinæ tertia parte ſubacta tollit lepras. Eſt & alterum genus rubiginis in ęre Cyprio, quam ſcoleciam vocāt. Hoc trito alumine aut ſale aut nitro pari pondere cum aceto albo q̃ acerrimo eſt medicinę remedio. Nec fit hoc niſi diebus æſtuoſiſsimis circa ortum canis. Teritur autem donec putridum fiat vel viride, habetq; in ſe ceu vermiculorum ſpeciem, vnde et nomen habet. Quod vitium vt emēdetur duæ partes quam fuere aceti vrina impubis pueri miſcentur. Idem autem in medicamentis & ſanterna efficit, qua diximus aurum ferruminari, vſus vtriuſq; eſt. qui eruginis, & ſcoletia fit per ſe raſa ab ærario lapide, dicto chalcite, de quo nunc reſtat ſcribere.

De Chalcite.

Chalcitis namq; lapis vocatur, de quo & ipſum æs coq̃tur, diſtat à Cadmia, quod illa q̃dem ſuper terrā ex ſubſidialib. ceditur petris, hic autem ex obrutis. Item quod chalcites fricat ſe ſtatim mollis natura, vt videatur lanugo concreta. Eſt & alia diſtinctio, quod chalcitis tria genera æris continet, & miſeos & ſoreos, de quibus infrà. Habet autem venas æris oblongas, probatur mellei coloris, gracili venarum diſcurſu, friabilis, nec lapidoſa. Putant & recentem

recentem eſſe vtiliorem, quoniam inueterata ſori,fiat vis eius ad creſcentia in vlceribus ſanguinem ſiſtere, vuam,gingiuas,tonſilas farina compeſcere,vuluæ quoq; vitijs in vellere reponitur. Cum ſucco verò porri & verendorum vitijs additur emplaſtris. Maceratur autem in fictili & aceto, circumlito fimo dieb.40.& croci colorem trahit, & cum admixto Cadmię pari pondere, medicamentum ſoricon dictum, efficit. Quòd ſi duæ partes chalcitis tertię Cadmiæ temperentur, acrius hoc idem fiet. Acrius etiamnum & vehementius factum, ſi aceto quam vino temperentur. Toſta verò fit efficior ad ea omnia. Sori ægyptium maximè laudatur, multum ſuperato Cyprio, Hiſpaniensi & affrico,quanquam oculorum curationi quidam vtilius cyprium putant. Sed in quacunque natione optimum,cui maximum virus olfactu,trituq; pinguiter nigreſcens & ſpongioſum. Stomacho res cõtraria in tantum,vt quibuſdã olfactu modo vomitiones moueat. Et ægyptium quidem tale eſt. Alterius nationis cõtritum ſplendeſcit. Et miſy eſt lapidoſius, prodeſt aũt & dentium dolori, ſi contineatur atq; colluat,& oris vlceribus ſerpentibus. Vritur carbonib. vt calcithis. Mihi verò aliqui tradiderunt fieri exuſto lapide in ſcrobib. eius flore luteo miſcẽte ſe ligni pinea fauilla. Porro verè ex ſupradicto fit lapide,concretum natura,diſcretumque

tumq́; & optimum in Cypriorum officinis, cuius notę ſunt friati, aurec ſcintillæ, & cum teratur arenoſa terra chalciditi ſimilis. Hoc autem miſcent, qui aurum purgant. Vtilitas eius eſt infuſi cum roſaceo, auribus purulentis, & lana impoſiti capitis quoq; vlceribus. Extenuet etiam ſcabricias oculorum inueteratas, præcipueq́; vtilis eſt tonſillis, contraq́; anginas & ſub purata. Ratio vt 16. ℥. in hemina aceti coquatur melle addito, donec lenteſcat. Quoties opus ſit molliri vim eius mel aſpergitur. Erodit & callum fiſtularum ex aceto, & collirijs additur. Siſtit & ſanguinem & vlcera ſerpentia et putreſcentia. Abſumit etiam carnes excreſcentes, peculiariter autem virilitatis vitijs proficit, ac fœminarum profluuium ſiſtit. Sorum Ægyptiū maximè laudatur. Dioſcorides, Calchitis eſt gleba naturalis, q̃ in Inſula Cypro inuenitur in metallis, colore ſub aureo, fragilis, intus venas diffuſas habens, etiam in modum ſtellarum fulgentes guttas, optima eſt recens & mundiſsima, & æqualiter fragilis. Virtus eſt ei ſtiptica, & termantica, & ſcarotica, purgans palpebras & oculos. Ignem ſacrum extinguit, & herpetas curat, faucium reuma impoſitum abſtinet, fluxumq́ue ſanguinis matricis retinet, vulnera paſcentia ſanat.

De Chalcanto, Yſiodorus.

Chal-

Chalcantum dicitur, quia calcithis eſt tynnũ.i. flos, vnde apud Latinos æris flos appellatur. Olim in Hiſpaniæ puteis vel ſtagnis id genus aquæ habentibus eam decoquebant, & in piſcinas ligneas fundebant, appendentes ſuper eas reſtas lapillis extenſas, quibus limus in ſimilitudinem vitreis acinis adhærebat: ſicque euectum ſiccabatur diebus triginta. Fit autem nunc alibi in ſpeluncis, quod liquide collectum dehinc diffuſum in quoſdam botros ſolidatur. Fit & in ſcrobibus cauatis, quorum è lateribus decidentes guttæ coaleſcunt. Fit & ſalis modo ex flagrantiſsimo ſole. Adeo autem conſtrictiuę virtutis eſt, vt in leonum & vrſorum ora aſperſum, tantam vim habet aſtringendi, vt non valeant mordere. Dioſcorides. Chalcanti ſpecies ſunt tres, vna ſc. quæ diſtillat ex metallicis fabricis, vel à cloacis aliquibus, & inſpiſsatur, ſicq; colligitur, altera in ſpeluncis inuenitur, & collecta in vaſis refunditur, ibiq; coagulatur. Tertia in Hiſpania fit imbecillis & decolorata. Conficitur autem aqua mixtum & coctum. Eſt itaq; ſummum cyanei coloris, graue, ſpiſſum, ſplendens, mundum & limpidum. Coctum autem ad denigrandum, & infecturam vtile eſt.

De multiplici eius in medicina remedio. Idem.

Virtus

Virtus eſt ei ſtiptica, termantica, ſcarotica lumbricos latos excludit, venenum graue bibitum cum mulſa expellit, vomitum prouocat bibitum cum aqua, vel in naribus miſtum caput purgat. Plinius vbi ſuprà. Chalcantum maxime probant cyprium, in medicinæ vſu, dragmæ pondere ſumitur ad depellendá ventris animalia cum melle, purgat quoque caput dilutum & naribus inſtillatum, purgat etiam ſtomachum cum melle, vel in aqua mulſa ſumptum. Medetur & oculorum ſcabriciei dolorique, nec non & caligini, & oris vlceribus. Siſtit quoque ſanguinem narium, & hemorroidam. Item cum ſemine hyoſciami oſſa fracta extrahit, epiphoras ſuſpendit, penecillo fronti impoſitum. Efficax etiam eſt in emplaſtris ad purganda vlcera & vlcerum excreſcentiá, cum lini ſemine tollit dolores eorundem. Tollit & vuas, vel ſi decocto tanguntur. Quodq; ex eo candicat, in eo vſu violaceis prę fertur. Et aurium grauitati per fiſtulas inſpiratur, vulnera quoque per ſe illitum ſanat, ſed cicatrices tingit.

De Pompholige & Spodio.

Nunc etiam in ærarijs reperiuntur, quę vocant pompholigen & ſpodium. Differentia verò eſt, quod pompholix aſperatur lotura; ſpodias

dias ſublota eſt. Aliqui quod candidum ſit atque leuiſsimum pompholigen dixere, ipſumque fauillam ęris & chalcitis. Spodium autem nigriorem eſſe, quæ deraſa parietibus fornacum, mittit ſcintillas ex carbonib. quandoq;. Hoc aceto præſtat æris odorem, & ſi lingua tágatur horridum ſaporem. Conuenitq; oculorum medicamentis, quibuſcunq; occurrens vitijs, valet & ad omnia, ad quæ ſpodium. Hoc diſtat, quod vis huius elutior eſt. Et in emplaſtris additur, quibus leuis refrigeratio & ſiccatio quęritur, vtilior autem eſt ad omnia, quę vino eſt lota. Spondios Cypria eſt optima, fit autem cadmia & ærario lapide liqueſcentibus, leuiſsimè hæc efflatur, & ocius, euolatq; è fornacib. tectis adhæreſcens, à fuligine diſtat candore. Quod minus ex ea candidum eſt, immaturæ fornacis argumentum eſt. Quod verò rubicundius eſt, acriorē vim habet, adeo exulcerat, vt cum lauatur excęcet oculos ſi attingat. Eſt & ſpodios coloris mellei, in qua plurimũ intelligitur æris. Sed quodcunq; genus lauando fit vtilius. Purgatur ante pinna, deinde craſſiore lotura, digitis ſcabriciē exterit. Media vis eius eſt quę vino lauatur. Eſt & aliqua in vini genere differentia, leui. n. lota, collirijs oculorum vigilijs fatigatorum putatur apta. Eadēq; efficacior eſt vlcerib q̄ manant, vel oris, q̄ madent & omnib. medicamentis q̄ contra gangrenas pa-

nas parantur. Fit & in argenti fornacibus ſpodium, quam lauriotin vocant, vtiliſsima confirmatur oculis illa, quæ fit in aurarijs. Nec in alia parte magis eſt mirari ingenia vitæ.

De difrige & antiſpodio.

In eiſdem officinis diſcernitur quam difrigen Græci vocant, ab eo quòd bis torreatur. Cuius origo triplex inuenitur. Fieri namq; traditur ex lapide pyrite in caminis cremato, donec in rubricam excoquatur. Fit & in Cypro ex luto cuiuſdam ſpecus prius arefacto, paulatim mox circumdatis ſarmentis. Tertio fit in fornacibus æris fece ſubſidente. Differentia eſt quidem quod æs ipſum in catino defluit, ſcoria extra fornaces, flos ſupernatat, difriges remanet. Quidam tradunt in fornacib. globos lapidis, qui coquantur ferruminari, circa hunc æs feruere. Ipſum verò non pręcoqui niſi tranſlatum in alias fornaces. Et eſſe nodum quendá materię, id quod ex cocto ſuperſit, diaphryga vocát. Ratio eius in medicinis ſimilis eſt ſũpradictis ſiccare, & excreſcentia conſumere ac purgare. Probatur lingua, vt eá ſiccet tactu ſtatim, ęrisq; ſaporem reddat. Antiſpodiũ vocant cinerem fici arboris, vel caprifici, vel foliorum myrti, cum tenerrimis ramorum partib. vel oleaſtri, vel cytonij, vel lentiſci. Itẽ ex moris

ris immaturis.i.candidis in ſole areſactis,vel è buxi coma,vel pſeudocyperi,vel rubi,vel therebinti, vel œnanthis, vruntur omnia ea fictili crudo in fornacibus, donec figlina percoquatur. In ærarijs officinis & ſmegma fit ære iam liquato ac percocto,additis etiam carbonibus paulatimq́; accenſis,ac repente flatu vehementiori expuitur pala quædam æris. Solum autem quo excipiatur,ſtratum eſſe debet.

De *Aurichalco,Yſiodorus.*

Aurichalcum dicitur eo quod ſplendorem auri & duriciem æris poſsideat. Fit autem ex ære & igne multo,ac medicaminibus ad aureum colorem perducitur. Plinius lib. 34.In Ægipto (vt dictum eſt ſuprà) fuit æris inuentio prima,moxq́; vilitas eius pręcipua,in alijs terris pręſtátiore reperto, maximeq́; aurichalco, quod ob præcipuam bonitatem diu obtinuit admirationem ſumma gloria in Cardubenſi, quod imitatur bonitatem aurichalci.Ex lib.de naturis rerum. Ex ære fit aurichalcum,ſic dictum, quia ſplendorem habeat auri, vel quia de ipſo fit aurum. Dicit enim philoſophus in lib.de lumine. Lumen quod ex vrina pueri & aurichalco fit aurum optimum,quod intelligendum eſt in colore,non in ſubſtantia. Dicit enim idem Ariſtoteles, quod variatur color,

ſed ſubſtantia manet. Hoc aurichalcum fre quentius ſcripturæ vocant electrum & hoc propter colorem electro prope conſimilem. Ex doctrina Alchemiæ. Æs autem tranſmutatur in aurichalcum, quod fit mediante tuchia, quia fumus eius albificat, & habet naturam ſpiritus, ſtatimq́; cum puluis eius proijcitur ſuper æs fuſum, vel miſcetur cum laminis æris. In ipſa æris fuſione tuchia calefit, & fugam quærit tanquam ſpiritus, Vnde apparet quod eius fuga fit per æris corpus fuſum, ſicq́; ſiccat ipſum, quia fumus eius eſt temperatè albus, & album huiuſmodi mixtum cum rubeo reprimit rubedinem, & fit citrinum, & ita aurichalcum.

De Ferro, *Yſiodorus libro decimoſexto.*

Ferrum dicitur eo quòd farra.i. ſemina frugum condat. Vſus ferri poſt alia metalla repertus eſt, cuius poſtea verſa eſt in obprobrium ſpecies. Nam vnde pridem tellus tractabatur, inde modò cruor effunditur. Nullum autem corpus eſt tam denſis inter ſe cohærentibus et implicitis elementis quam ferrum. Vnde ineſt ei duricia cum frigore. Ferri metallum ferè vbique reperitur, ſed ex omnibus generibus palma Serico ferro datur. Seres enim hoc cũ veſtibus ſuis pellibusq́; mittunt. Secunda ſcilicet

licet palma Parthico. Nec alia ferri genera ex mera acie temperantur. Cæteris enim mollior complexus admiſcetur. Differentia ferrorum plurima eſt iuxta terræ genus. Nam aliud eſt molle plumboq; vicinum, rotarum & clauorũ vſibus aptum. Aliud fragile & eroſum, culturę terrę conueniens. Aliud breuitate ſola placet, clauisq; caligarijs. Aliud rubiginem celerius ſentit. Aquarum ſumma differentia eſt, quib. ferrum candens immergitur. Hæc aqua alibi atq; alibi vtilior, nobilitauit loca gloria ferri quo vtilius fiat, ſicut bibilin Hiſpaniæ & Thuriaſsonẽ, et Comũ in Italia. In acuendo ferro oleo delicatior fit acies, vnde & tenuiora oleo reſtingui mos eſt, ne aqua in fragilitatem durẽtur. A ferro ſanguis humanus ſeſe vlciſcitur, eo namq; contactum celerius rubiginem trahit. Cum ferro magnes lapis concordiã habet, ſola enim hęc materia vim ab hoc lapide accipit, retinetq; lõgo tempore. Ex eodem lapide qdam architectus Alexandriæ templum concamerauit, vnde in eo ſimulachrum de ferro in aëre pendere videretur. Ferrum accenſum niſi duretur, ictibus corrumpitur. Rubens non eſt habile ad tornandum, neq; anteq̃ albeſcere incipiat. Aceto vel alumine illitum ferrum fit æri ſimile. Ariſtot. in lib. methe. 3. Ex vaporibus humidis in terra, ſpecies nulla dilatatur in percuſſione vt ferrũ. Eorũq; eſt eſſe, quod quando co

arctatur igneitas & lapideitas, deſiccantur & areſcant. Idem in libro 4. Quædam ſunt igne mollificabilia, velut ferrum & cornu. Eritque ferrum ſic molle & fiſsile. Ferunt autem à calido liquatum, coagulatur infrigidatum. Ipſumque operatum liquatur, vt humidum fiat, iterumq; coaguletur. Scoria verò ſubſtat & deorſum datur. Cumq; multòtiens patitur & mundum fit, hoc calybs fit, minusque pondus eſt emundati. Melius quoq; ferrum eſt, quod minorem purgationem habet.

Iterum de Ferri natura, Plinius libro trigeſimoquarto.

Proximè indicari debent metalla ferri, optimo peſsimoq; vitæ inſtrumento. Siquidem hoc tellurem ſcindimus, ſerimus arbuſta, ponimus pomeria, vites ſqualore reciſo, ſingulis annis iuueneſcere cogimus. Hoc tecta extruimus, ſaxa cedimus, omnesq; ad vſus ferro vtimur. Sed eodem ad bella cedesq; & latrocinia non ſolũ cominus, ſed etiam miſsili volucriq; nunc tormentis excuſso, nunc lacertis, nunc verò pennato, quam ſceleratiſsimam ingenij humani arbitror fraudem. Siquidem vt mors ocius ad hominem perueniret, alitem illam fecimus, pennasq; ferro adiecimus. Deniq; in fœdere, quod expulſis regibus pop. Roma. dedit Por-

dit Porſenna, nominatim comprehenſum inuenitur, ne ferro, niſi in agricultura quis vteretur. Et metalla ferri, vbiq; propemodum inueniuntur. Inſula quippe Italię Ilua gignit, agnoſciturq; ſine difficultate manifeſto terræ colore, ſed ratio eadem venis excoquendis. In Cappadocia quęſtio eſt, aquę an terrę fiat acceptũ, quia profluuio terra certa perfuſa, nõ aliter ferrum è fornacib. reddit. Differentia ferri numeroſa eſt, prima eſt in genere terrę cœliue. Alicubi vena bonitatẽ ei prętat, vt in Noricis. Alicubi verò factura vt Sulmone. Alicubi aqua. Quippe cũ in exacuẽdo oleares cotes & aquariæ æq; differãt, & oleo delicatior acies fiat. Mirumq; eſt cũ excoquatur vena, in modũ aquæ ferrum liquari, poſtea in ſpõgias frangi. Metallorum omniũ ferri vena eſt largiſsima. Cantabrię maritima parte, qua oceanus fluit, mons prętupte altus, incredibile dictu, totus ex hac materia conſtat. Ex lib. de naturis rerum. Ferrum frigidæ naturæ eſt, durum, ſolidum, & inciſiuum, omnia fortitudine ſua domat, & à ſe tãtum conſumitur. Super omnia metalla corruptelam facilius contrahit, & etiam connexa corruptione inficit. Rauce ſonat, igne hebeſcit, & ductile fit.

De Calybe & Alidena, ex libro de rerum natura.

Calybs eſt genus ferri duriſsimi, quod vulgo dicitur aciarium. Ferrum quidem magis eſt terreſtre quàm calybs, & ideo ſiccius. Calybs ſuper ferrum abundat in aqueo congelato, & tamen calybs magis eſt frangibilis quàm ferrum, ſicut glacies frangibilior eſt quàm cornu. Ferrum duplicem habet humiditatem terreſtrem ac groſsam, conuiſcantem ſcabioſas partes, & hæc per actionẽ ignis euaporat. Alia eſt humiditas aquea ſubtilior, & hæc remanet igne agente magis depurata & condenſata. Conuerſo modo contingit in duplici vini humiditate, et aliarũ plurium rerum. Vnde autem ferrum eſt ſiccum, inde etiam eſt porroſum. Et dum tale eſt, non valet, vt inde fiat inſtrumentum inciſiuum acuminatum. Ideoq; excoquitur in igne, vt abſterſa ſcabioſitate ſua terreſtri relinquantur aquę ſubſtantia, quę eſt maximè denſa, quæ cum ductilis ſit ad modum aquæ, apta eſt inciſioni, & omni figurę. Dẽſatur etiã ferrum, & opilatur eius poroſitas per admixtionem calybis, & ſic habilius fit ad inſtrumẽta inciſiua. Calybs ſi concauatur, & in eius concauitate plumbum ponatur, totumq; in ignẽ collocetur, euaporabit plumbum, ſed non ita quin relinquatur calybs aliquantulum mollificata, vnde totiẽs ita fieri poſſet per additionem alterius plumbi, quod tandem calybs totam ſuam duriciem amitteret, atq; ita laxabilis in

lis in modum ceræ fieret. Yſiodor. Calybs à calybe flumine dicitur, vbi optima ferrum acie temperatur. Philoſophus. Calybs ex ferrarijs fit, multisq; tenſionibus induratur, vt virtutẽ habeat ſuper ferrum, & hoc ferri genere acuuntur acies armorum vt valeant. Eſt & aliud ferri genus in orientis partibus, quod vulgariter alidena dicitur. Inciſionib. aptum eſt & fuſile ſicut cuprum vel argentum, & ductile non eſt, ſicut ferrum aliarum mundi partium.

De Ferri & calybis differentia, ex libro de Vaporibus.

Ferrum caret vaporibus. Nam in ferro euaporatio per actionem ignis non eſt, ſed agente calore in ferro, ſquamoſitas terreſtris impedit. ne humidum euaporet, & magis aqueum ſc. calybs remaneat. Et quoniam terreſtritas ex ſua ſiccitate ad poroſitatẽ facit ferrum magis quàm calybs poroſum erit. Ideoq; faber in acumine cultelli admiſcet cum ferro calybem, vt per calybem in acumine, fiat opilatio pororum ferri, ſitq; bonum ad inciſionem. Ferri nã que ponderoſitas & terreſtritas groſsa impediunt, ne cultellus du:i poſsit ad tenuitatẽ inciſioni aptá. Et quoniá aqueum ductile eſt in omnem formá, ideo calybs cũ ſit aqueus magis, ꝑtatur in acumine cultelli. Si verò q̃ritur cur

calybs frangibilior ſit ferro,cum potius contrarium ſequatur,ſi ferro aquoſior eſt. Dico quòd ſicut glacies frangibilior eſt cornu, propter terreſtritatem cornu,quæ tendit ad viſcoſitatem contradicentem fractioni:ſic terreſtritas in ferro viſcoſior facit ferrum minus frangibile. Denique ſicut in euaporatione humidi à viuo remanet humidum terreſtre, ita per calorem humiditate conſumpta, quæ conuiſcat ferri partes terreſtres & ſcabioſas à partibus aqueis & coagulatis,remanet calybs in ſubſtátia aquea & congelata, poros ſtrictiores habēs ferro,propter quod in ſicco deficit, faciens amplitudinem pororum in ferro & cupro. Et tunc quia calybs eſt magis aqueus, & aqueum ab aqueo deleri vel infici contingit. Accidit quod calybs cum plumbo per calorem agentē vt ſuprà dictum eſt,plumbum euaporat, & tamen in euaporatione calybs mollificatus aliquantulum remanet, totiesq; hoc fieri poteſt, quòd calybs totam duritiem amittat,atq; impreſsiones ad ceræ modum recipiat, propter humiditatem à plumbo acceptam,quod eſt duriciei remollitiuum, Sicut videri contingit in paraliticis,vbi durities nerui relaxatur,ſine aliqua repletione per humiditatē quæ generat ſpaſmum repletionis.

De ope-

De operatione ferri in Alchimia. Philoſophus.

Ferrum cum auro miſcetur. Nunquam ab eo exterminatur, neque decoctione neque alia re. Cumque adiungitur argento ſtans cum auro, tingit ipſum colore pulchro, & quaſi aurum apparet. Ferri natura calida & ſicca eſt. Quidam tamen dixerunt, quod eſt frigida & ſicca, & maſculinum & femineum. Huius autem manifeſtum eſt calidum & ſiccum & durum. Occultum autem his contrarium. Nec in aliquo corporum eſt aliquid durius manifeſto ipſius. Similiter eius mollicies manifeſtatur, cum in eius occultum conuertitur. Huius exemplum eſt argentum viuum, cuius occultum eſt ferrum, eiuſque manifeſtum eſt viuum argentum. Cum igitur occultabitur eius manifeſtũ, & manifeſtabitur eius occultum, cõuertetur in ferrum. Aut ſi volueris, eius minue calorem, & apparebit eius frigiditas, fitq; argentum. Aut minue ipſius ſiccitatem, & apparebit eius humiditas, fitque aurum. Videnda ſunt de cæteris eius operationibus, quæ in libro primo de ferro diximus.

De virtute ferri in medicina, ex libro de natura rerum.

Ferrum (dicũt philoſophi) virtutem habet

attenuandi & deſiccandi. Infrigidat & diſſoluit, & ſtomacho prodeſt limaturis ſumptum. Auicenna in ſecundo canone medici. Ferrum tres habet ſpecies. Vinum & aqua in quibus extinguitur ferrum conferũt apoſtemati ſplenis, ac mollificationi, & debilitati ſtomachi. Ærugo eius vtilis eſt cũ vino poſita ſuper panaricium, ſimiliter & ſuper Eriſipilã, & ſuper podagram, vtilis etiam eſt aſperitati palpebrarum, & vngulæ. Hæc quoq; infrigidat & ſtiptica eſt. Suppoſita fluxum ſanguinis abſcindit ex matrice, & exſiccat hemorhoidas. Præterea vinum in quo ferrum extinguitur, retinet ſolutionem antiquam & dyſſenteriam. Confert mollificationi ani, & inſenſibilitati vrinæ, mẽſtruorum fluxui, & prouocat coitum. Idem in eodem. Aqua ferrea confert viſceribus & ſpleni & ſtomacho ac renibus ac colicæ paſsioni. Aqua etiam in qua ferrum extinguitur ſputo ſanguinis confert. Idem in lib. j. Subſtantia ſiquidem metallina vel eius ſimile, & aquę ſanguiſugales malę ſunt omnes. In quibuſdam tamen illarum exiſtit iuuamentum. Illa ſiquidẽ in qua virtus ferri ſuperat, ad hoc iuuat, vt interioribus fortitudo tribuatur, ſtomachi corruptio prohibeatur, & virtutes deſiderantes procedant. Gallenus Aqua in qua candẽs ferrum extinguitur, neruos confortat, curat hemorhoidas, & plumbeum colorem qui ex eis

eſt

eſt aufert. Mulieri prohibet ne concipiat cum aceto bibitum, humorem de auribus tollit, cataplaſmata podagram infrigidat, vncta ſuper alopiciam capillos inſtaurat. Eſt autem calida in ſecundo gradu. Idem in pantechni lib. 5. Aqua de ferri metallo ventrem cōſtipat, membra confortat, ad dolorem ſplenis & apoſtemata. Plinius vbi ſupra. Medicina è ferro eſt & alia quam ſecandi, pūgi ſcilicet leniter mucrone quo percuſſus ſit homo, prodeſt contra dolores laterum pectorumue ſubitos, qui punctiones afferant. Quædā etiam vſtione ſanantur, præcipue canis rabidi morſus, quippe morbo præualente potum expaueſcentes, vſta plaga illico ſanantur. Caleſit quoque ferro candente potus in multis vitijs, præcipue vero dyſſentericis.

De ferri purgamentis.

Ferri purgamenta & ſordes ſunt rubigo & ſcoria, quæ igne excoquitur. Plinius vbi ſup. Rubigo ipſa ferri, eſt in medicinis, quę de raditur humido ferro, veteribꝰ clauis. Vis eius eſt ligare, ſiccare, ſtringere, vel ſiſtere. Illita emendat alopicias, vtūtur eadē & ad ſcabricias oculorū puſtulaſq; totius corporis, cū cera & oleo mirteo, ad ignes vero ſacros ex aceto. Itē ad ſcabiē, paronychia digitorū, & pterigia in linteolis. Siſtit & fæminarū profluuia velleribus im

poſi.a,

poſita. Plagis quoque recentibus viuo deluta, & cum mirrha ſubacta, & condilomatis ex aceto prodeſt, podagras etiam illita ſanat. Squama quoque ferri eſt in vſu, & acriore vim quã rubigo. Quamobrem etiam contra epiphoras oculorum aſſumitur, ſanguinemq; ſiſtit cum vulnera ferro maxime fiant. Siſtit & fœminarum profluuia. Imponitur etiam contra lienum vitia, vlcerum ſerpentia & hemorhoidas cõpeſcit, & genis prodeſt, farinæ inſtar aſperſa, commendatur in emplaſtro quodam irge dicto, ad purganda vlcera & fiſtulas, omnemque callum erodẽdum, ac roſis oſsibus ad carnes recreandas. Razis in almanzore. Squama ferri ſtomachũ corroborat, hemorhoidarum ſanguinem ſtringit.

De eodem. Platearius in lib. de ſimplici medicina.

Ferrum, ferrugo, ac ſquama ferri, eiuſdem virtutis ſunt. Ferrugo calida eſt & ſicca in ſecũdo gradu. Squama ferri eſt illud latum & tenue, quod euolat à ferro per concuſsionem. Ferrugo autem per exuſtionem liqueſcit à ferro, & habet virtutem deſiccandi & attenuandi. Ad attenuationem ſplenis valet vinum, in quo ferrum candens extinctum fuerit, multum enim ſubtile eſt. Contra opilationẽ ſplenis &

nis & epatis ex longo tempore datur. Puluis ſubtiliſsimus ferruginis cum vino calido vomitum in multa quantitate prouocat. Etiam in tãtum quod ad mortem adducit, vnde poſt impetum, vel in impetu debet aqua dari, in qua lapis magnes tota nocte iacuerit. Et puluis eius in aqua detur, reprimit enim violentiam eius, & ſiſtit vomitum. Dioſcoride atteſtante. Sed vomitus ibi periculoſus eſt. Contra hemorhoidas puluis eius ſcilicet ferruginis vel ſquamæ ferri ſubtilis conficitur cum ſucco tapſi barbati & bombice intincta ſuperpoſito. Auicenna in ſecundo canone. Scoria ferri eſt fortioris exſiccationis omnibus cæteris. In ipſa eſt virtus ſolués aquam. Eſt autem ſicca in tertio gradu. Æriſque ſcoria ei propinqua. Reliquæ vero minus, omneſq; exſiccant humiditates. Scoria ferri reſoluit apoſtemata, confert palpebrarum aſperitati, confortat ſtomachum, datum in vino antiquo & admixta, eius humiditates & mollificationē remouet, prohibet impregnationē, fluxum hemorhoidarum, & menſtrui ſanguinis, anum linita coarctat. Idem in lib. 4. Ex limatura & ſcoria ferri accidunt quandoque dolor in ventre vehemens, & ſiccitas in ore, inflatio, ſuperatque capitis dolor. Cura eius eſt vt detur lac in potu cum roſaceo & violaceo oleo, ſuccus foliorum de ſalicib. quaſſatorum cum aceto ſuper

capita.

capita. Datur etiam in potu quid de magnete, vt ſeparatum ad ipſum aggregetur, adhibitis exinde ſolutiuis.

De ſtanno. Yſiodorus.

Stannī ethimologia eſt ſeparans & ſecernens. mixta enim & adulterata, inter ſe metalla per ignem diſſociat, & ab auro & argento æs plumbumque ſecernit. Alia quoq; metalla ab igne defendit. Et cum ſit natura æris, & ferri duriſsima, ſi abſque ſtanno fuerit, vritur & crematur. Stannum illitum æreis vaſis, ſaporem facit gratiorem, & virus compeſcit ęruginis. Specula etiam ex eo temperátur. Ceruſſa quoque ex eo ſicut ex plumbo conficitur. Plinius libro 34. Eramentis conglutinatur ſtannum, ſtannoque argentum. Optimaque fiebant olim ſtanno & ære mixtis ſpecula Brunduſina, quibus nunc argentea prælata ſunt. Idem vbi ſupra. Plumbum nigrum aliquando cum argento naſcitur, mixtiſque venis conflatur. Eius qui primus fuit in fornacibus liquor appellatur ſtannum, qui ſecundus argentum. Nunc autem adulteratur ſtannum, æris candidi portione tertia addita in plumbum albū. Fit & alio modo, mixtis albi plumbi nigrique libris. Et hoc nunc argentarium vocant aliqui. Iidem & tertiarium appellant, in quo

dux-

duæ ſunt portiones nigri, tertia vero albi, pretium eius in 30. libris æſtimatur, & hoc fiſtulę ſolidantur. Improbiores additis ad tertiarum æquis partibus albi, argentarium vocant, & eo quæ volunt in coquunt pretiæ. Huius faciunt in pondo 130. In libras albo per ſe ſincero, pretia ſunt 30. Nigro 17. Ariſtotel. in lib. 4. metheo. ſtannum vt prædicta aquoſum eſſe probatur, quoniam & ipſum calido liquatur. Et videtur ſtannum habere bonum argentum viuum, ſulphur vero malum. Et hæc non benè mixta, ſed tãquam per parua compoſita. Ideoque fit tale. Ex libro de natura rerũ. Stannum temperatiſsime naturæ eſt. In Britannia tantum reperire olim ſolebant, ſed nunc in Germaniæ partibus, abũdantiſs. vena reperta eſt, valde ductibile & tractabile, & ſuper omnia metalla liquabile. Per ſe quoque eſt mutum, ſed cum ære vel argento, vel auro mixtum ſonorum eſt & armoniacum. Fulget interius ſed foris de facili contrahit corruptelam, & hoc ſqualoris non rubiginis, nunquam enim rubiginatur. In aqua diu iacẽs facile putreſcit. Vnde fiſtulas aquæ ductus quæ ſub terra fieri ſolebant ex plumbo, & conſolidari ſtanno, modernis temporibus ex calido & fuſili plumbo, cõſolidari, ars hominum excogitauit, quia ſolidatæ ſtanno durare non poterant in longinquum, plũbum vero ſub terra ſemper durat.

De operatione ſtanni in Alchimia, Auerrois de vaporibus.

Stanni conſolidatiuum eſt plumbum, & plumbi ſtannum. Quodque plumbum conſolidetur ſtanno, non eſt de natura plumbi, ſed de natura ſtanni liquefacti, plumbum humidum liquefactum penetrantis. Ex qua videlicet penetratione in illis duobus generatur humidum viſcoſum ligans ſtanni partes. Stannum vero conſolidans & ſtannum conſolidatum, quoniam vtrunque contradicit viſcoſitati, quæ debet eſſe ex vno humido & alio ſicco, ideo non eſt aliqua conſolidatio ſtanni cum ſtanno. Borax autem cum ſolidat argentum cum argento, vel ſtannum cum ſtanno, impoſsibile eſt hoc eſſe, niſi communicet cum eis in radice, ſicut dicetur inferius. Ex libro de rerum natura. Ex ſtanno fit optimum ſal, ex quo faciunt aquam acutam, & cum ea tingunt argent. viuum. Stanno liquefacto, & poſtmodum aceto in quo eſt argentum viuum infuſo, cum ſit valde penetratiuum, adhuc magis iuuante aceto omnes ſtanni partes intrat, ſuaque humiditate remollit ſtanni ſiccitatem. Vide quæ de hoc ſupra dicta ſunt.

De virtute ſtanni in medicina.

Stannum quoq; valet ad multorum morborum

borum remedia, & eius ſcoria prodeſt oculorum vlceribus. Auicenna in ſecundo canone. Razis, ipſum eſt ſtannum, & eſt frigidum & humidum. Subtile eſt ex eo quod aduſtũ eſt, & eius ceruſa, oportet autem quod timeatur eius odor quando comburitur. In eo quidem quod aduſtum eſt, eſt lenificatio, ſubtiliatio, reſolutio, & interiectio ſanguinis. Eiuſque ceruſa eſt glutinatiua & infrigidatiua. Cuius virtus eſt quaſi tuchiæ aduſtæ. Confert autem ſtannum apoſtematibus fricatum cum vino, aliquoue ſuccorum frigidorum. Confert etiam vulneribus vel vlceribus fraudulentis & ambulatiuis. Et ceruſa replet vlcera atque glutinat ea. Præterea ceruſa ſtanni fricata ſuper puncturam marini ſcorpionis, confert. Similiter & draconis marini. Sed oportet vt eius odor caueatur, propter aduſtionem. Haly vbi ſupra. Azerebrum.i.ſtannum, frigidum eſt. Et eſt in eo ſiccitas, illud melius eſt, quod minime ſub dentibus frendet vel ſtridet. Et in eo ſunt quædam virtutes aquoſæ, ſi fricetur cum modico vino vel oleo oliuæ ad lapidem, proderit apoſtematibus, quæ circa & ſupra venenda fiunt & in lumbis. Item ſi cum eius fruſto emplaſtrizetur anus inferius, ſedat appetitum coitus.

De plumbo. Yſiodorus,

Plumbum dicitur, quod ex eo primum pi-
lis factis, altitudo maris tẽtata eſt. Huius duo
ſunt genera, nigrum & candidum. Sed candi-
dum melius eſt, quod prius in inſulis Athlan
tici maris inuentum eſt. Similiter & in Luſi-
tania & in Gallia gignitur, ſumpta tellure are-
noſa coloris nigri & pondere graui. Interue-
niunt & minuti calculi maxime è torrentibus
ſiccatis. Has arenas lauant metallici, & quod
ſubſidet, coquunt fornacibus. Inueniuntur &
in aurarijs metallis, aqua miſſa, calculi nigri
& graues. Et dum aurum colligitur cum eo re
manent. Poſtea ſeparati conflantur, & in pul-
uerem album reſoluuntur. Inde & eadem eſt
grauitas plumbo, quæ auro. Nigrum plum-
bum circa Cãtabrium abundat. Cuius origo
duplex eſt. Aut enim ſolum ex vena ſua pro-
dit, aut cum argento naſcitur, mixtiſque venis
conflatur. Huius primus in fornacibus liquor
eſt ſtannum, ſecundus argentum, quod rema-
net ſuperaddita vena, rurſuſque conflata, fit nĩ
grum plumbum. India neque æs neque plum
bum habet, gemmis tantum & margaritis hęc
permutat. Nigro plumbo ad fiſtulas laminaſ-
que vtimur. Laborioſius in Hiſpania & Gallia
eruitur plumbum. Nam in Britannia ſummo
terræ corio. Ex lib. metheo. 4. Plumbum quo
que liquatur vt fluat, fluenſque rurſum ex fri-
gore cõgelatum, colore nigrum & ſimile calci
effi-

efficitur. Nam quęcunq; (vt dictum) calidi priuatione coagulantur; à calido liquâtur, vt glacies æs, plumbum et ſimilia, & iſta ſunt aquoſiora. Plumbum quando liquatur eſt argent. viuum, cumq; calefactum fuerit, conuertitur in liquorem omnibus liquabilibus communem ſcilicet igneum, rubeum. Ex libro de natura rerum. Plumbum temperatæ naturæ eſt, ſicut ſtannum, ponderoſum ſicut aurum. Ita quòd duplex habet pondus, argenti vel æris; ductile quoq; eſt & tractabile, minus autem ſtanno liquabile. Compreſsiuum eſt & lenificatiuum. Nec ſolum in ſe mutum eſt naturaliter, ſed etiam muta efficit alia metalla quibus admiſcetur, liquefactum in igne cęteris metallis plus minuitur, ſcoria eius. i. ſpuma cõtinet argẽtum. Hoc autem proprium eſt & ſpeciale plumbo inter metalla, quod ſemper augmentatur, & hoc ſub dio magis & in aere, quá ſub terra. Squalorem verò cõtinet non rubiginẽ. Gloſſa ſuper Hieremi. Plũbum metallis adulteratis miſcetur, vt aliena materia ſeparetur. Et ſi forte purgata nõ fuerit, plumbum omnino conſumitur, & in nihilum redigitur. Plin. lib. 34. Plumbum nigrum cõglutinatur albo, ipſumq; album ſibi oleo. Argentũ quoq; non poteſt excoqui, niſi cũ plũbo, vel vena plũbi.

Adhuc de plumbi origine & natura. Plin. lib. 34.

Plumbi genus candidum eſt, pretioſiſsimum à Græcis appellatum caſsiterium, fabuloſeque narratum eſt in inſulis Athlantici maris peti, vitibuſque nauigijs corio circumſutis aduehi. Nunc autem certum eſt in Luſitania gigni & Gallicia ſumma tellure, arenoſa, caloriſque nigri, quæ pōdere tantum deprehenditur. Inuenitur & in aurarijs metallis, quæ allucia vocatur. Aqua ſiquidem immiſſa, eluunt calculos nigros paulum candore variatos, quibus eadē grauitas quæ auro. Et ideo in calathis in quibus aurum colligitur remanet, poſtea caminis ſeparantur, conflatiq; in plumbum album reſoluuntur, nec fit in Gallicia nigrum, cum in vicinia Cātabriæ nigrum abundet tantum. Nec fit argentum ex albo cum fiat ex nigro. Plumbi vero nigri duplex eſt origo, vt ſupra. Albi natura plus aridi habet, contraque nigri tota humida eſt. Ideoq; album nulli rei ſine mixtura vtile eſt. Nec ex eo plūbatur argentum, quoniam prius liqueſcit argētum. Cōfirmant quod ſi minus albo nigri quam ſit ſatis miſceatur, argentum ab eo eroditur. Album incoquitur æreis operibus galliarum inuento, ita vt vix diſcerni queat ab argento. Albi plumbi experimētum in carta eſt, vt liquefactum pondere videatur non calore rupiſſe. Iungi non poteſt inter ſe plumbum nigrū ſine albo, nec hoc ei ſine oleo. Sed ñec albū ſecum

iungi

iungi poteſt ſine nigro. Nigri genera ſunt Ioueranum, Caprarienſe, oleaſtrenſe, nec eſt differentia ſcoriæ modo diligenter excocta. Mirum in ſolis his metallis, quod ea derelicta fertilius reuiuiſcunt, videtur facere hoc relaxatis ſpiramentis ad ſatietatem aer infuſus, vt ęque fæminas quaſdam fecũdiores facere abortus. Et mirum vas è plumbo cõſtans addita aqua non liqueſcere, & eadem in aqua ſi additur calculus æreuſue quadrans vas peruri. Philoſophus. Plumbum eſt frigidum & ſiccum. In ipſo eſt aurum & argentum eſſentialiter & non viſibiliter. Et recipit tincturas, quoniam præter aurum nunquam acceperit eam. Quando cum ferro vt miſcetur cum ſtanno, bene conuenit, & non ſeparatur ab eo. Et melioratur cũ cupro. Bene quoque concordat argento, excepto quod diuiditur ab eo cũ decoctione, quæ ſolet argentum purificare. Aurum vero nunquam ſociatur, nec cum eo melioratur cõgaudetue. Eius etiam olfactus minuit aurũ, plumbum ſtanni eſt conſolidatiuum, argento quoque depurando à cupro miſcetur plumbum. Aliter enim in argenti depuratione, ignis diſgregans heterogenia, ſeparando cuprũ, ſe ſtatim ad argenti ſubſtãtiam conuerteret, vt eam conſumeret, quia paſsibilior eſt ſubſtantia cupri. Quod ne fiat toti plumbum additur, vt eius ſubſtantiam quia humidior eſt, ac conſum

ptioni paratior quòd argenti ſubſtantia, conſumat.

De operatione plumbi in Alchimia ex libro metheo. 4.

Plumbi groſsi argẽtum viuum eſt malum, põderoſum luteum. Eius quoque ſulphur eſt malum, & mali ſaporis fœtidi ac debilis, vnde non gelatur. Et artifices faciunt artificialiter gelationem ferè ſenſibilem. Sciant vero artifices naturæ ſpecies permutari non poſſe, ſed eis ſimilia facere poſſunt, plumbique immundicias abſtergere. Veruntamen ſemper erit plumbum, & ſi videatur argentum, ſed in eo obtinebunt qualitates alienę, vt in ipſo errent homines. De reliquis vide ſupra lib. 1.

De mutua plumbi & ſtanni collatione, ex libro Auerrois de vaporibus.

Plumbum cõſolidatiuum eſt ſtanni, & ſtannum plumbi. Mirumque quod ſimile non poteſt adherere ſuo ſimili, & cõtinuare partes in ſuo ſimili potius quã in ſuo diſsimili. Sed hoc eſt propter groſſum humidum in plumbo, quod cum caleſit diſſoluitur Similiter & ſtannum ſiccum diſſolutum ex ſiccitate ſua quę facit ad penetrationem miſcetur plumbo humido, & ex ſiccitate ſua ſecum retinet plumbum humi-

humidum quod eſt admixtum, propter hoc & ipſum conſolidat. Quoniá ibi generatur quod dam humidum viſcoſum tenax. Dico etiam quod ſtannum cum ſit calidum liquefactum ſuper plumbũ, retinet diutius calorem & diſſolutionem in plumbo, quouſq; admiſceatur per ſiccitatem ſuam penetrantem. Itaque cum iſta cauſa inueniri nõ poſsit in additione ſtanni cum ſtanno, vel plũbi cum plumbo, nequaquam conſolidatur ſtánum ſtanno, vel plumbum plumbo. Quia autem plumbum conſolidatur ipſi ſtáno, non eſt de natura plumbi ſed de natura ſtanni liquefacti penetrantis plumbum humidum liquefactum. Ex qua penetratione in illis duobus generatur viſcoſum humidum ligans ſtanni partes. Plũbum autem frigidum eſt, quod ſi liquefiat antequã admiſceatur alicui plumbo cõſolidato, ſtatim vtrunque infrigidatur, & remanet vtrunq; diſcretũ per ſe. Stannum vero conſolidans, & ſtánum conſolidatum (quia vtrunq; ſiccum) contradicit viſcoſitati, quę debet eſſe in vno humido & alio ſicco. Ideo non eſt aliqua cõſolidatio ſtanni cum ſtanno. Quemadmodum argentum viuum remollit humiditatem ſtáni, ſic & plumbum iuuat ad eius duriciem, & etiam reperto ſtanno ad duriciem plumbi. Vnde volentes artifices plumbum aut ſtánum facere durum, admiſcent plumbum & ſtannum ad inuicem,

efficiturque totum magis durum, quam alterum componentium. Et hoc ideo, quia ex ſiccitate ſtâni, & humiditate plumbi generatur quædam viſcoſitas dura, quæ duriciei principium eſt in hac mixtura.

De diuerſimoda plumbi pulueriżatione.

Sicut autem contingit extrahere humiditatem vel humoroſitatem à vino, vel etiam à lapide humidum conuiſcans partes ipſius lapidis, ita contingit extrahere humidũ à plumbo, & tũc remanebit plumbi puluis. Sic enim faciunt ollarum artifices, qui plumbum liquefactum in ollam ponentes, cum cinere ac teſticula mouent, quouſque pulueriżetur. Nam cineris ſiccitas, teſticulęque humiditas per calorem recedens, faciunt teſticulam & humiditatem plumbi contrahi, & tunc remanet plumbum puluerizatum & diſtentum. Dicunt & alij quod puluerizatur plumbum, quando liquefactum eſt in fornacibus, per virgam corili recentem intra plumbum poſitam. Dum enim virga mouet plumbum, per fornacis calorem extrahitur humiditas virgæ, ipſaq; virga attrahit ad ſe humiditatem plumbi loco ſuæ humiditatis extractæ, & tunc plumbum remanet ſiccum diſcontiguatum & abſtractum. Alius etiam eſt modus in puluerem reducendi plum-

plumbum, vt cum eidem liquefacto admiſcemus argentum viuum, et tunc mouemus illud quouſq; infrigidetur, tunc enim remanet puluis, quia viuum argentum ſeparat humiditatem plumbi, ex penetrabilitate ſuæ ſubſtantialis humiditatis, nec patitur ipſum habere contiguitatem. Hoc enim ex artificio vtuntur Saraceni artifices, in deferendo aurum ſuum de terra in terram, ſpecie terræ plumboſæ. Poſtea verò ponunt illud in fornace, exhalatq́ue viuum argentum ſine perditione auri. Et eſt ſimiliter exhalatio plumbi, prout videmus in depuratione argenti. Plumbum videlicet mixtum exhalare ex caloris motione, ad quod argẽtum depurandũ ponitur plumbum, ex cauſa ſuperius dicta. Accidit etiam quando pila ſunt concaua & terrea, & intra medium pororum calybs cum plumbo ponitur, quia per calorem agentem euaporat plumbum, & cum in euaporatione calybs remanet mollificatur, vt dictum eſt ſuprà.

De virtute plumbi in medicina, Plinius vbi ſuprà.

Plumbi per ſe vſus eſt in medicina cicatrices reprimere, & adalligatis laminis membrorum ac renum partib. frigidioræ naturæ veneris impetus inhibere. Viſa etiam in quiete veneria ſponte naturæ erumpentia, vſq; in mor-

bi genus, Clauus orator hic laminis traditur cohibuiſſe, vireſq; corporis ſtudiorum labore cuſtodiuiſſe. Nero etiam princeps plumbi lamina impoſita pectori, ſub ea cantica exclamans, alendis vocib. vtilem demonſtrauit. Coquitur autem ad vſus medicinæ patinis fictilibus, ſubſtrato ſulphure minuto, laminis tenuibus impoſitis ac ſulphure opertis. Cum aũt coquitur muniẽda ſunt in hoc loco foramina ſpiritus. Alioquin plumbi halitus è fornacibus noxius & peſtilens ſentitur, qui ociſsimè canibus, metallorum verò omnium muſcis & culicibus nocet. Quidam incoquendo ſcobem plũbi lima quęſitam miſcẽt ſulphuri, alij ceruſam potius quàm ſulphur. Platear. Plumbum frigidum eſt & humidum in 2 gradu. Ex plumbo fit mortariolum & piſtillus, & imponitur oleum roſaceum vel violaceum, & mouetur vſq; dum perueniat ad aliquam ſpiſsitudinem. Poſtea ſoli per dies 5. exponitur, oleo roſaceo addito, & ſemper mouetur. Poſt hoc in aliquo vaſe ponitur. Vnguentum hoc miro modo valet contra vſturam ex igne vel aqua, & calida apoſtemata & excoriationes. Conſtantinus in lib. grad. Plumbum quiddam communitatis habet, & eſt perfectum in coagulatione, habens etiam partem aeream. Vnde & philoſophus in lib. de lapid. b. Plumbum eſſet argentum, niſi tria accidentia pateretur, putorem ſui odoris; molli-

mollicìem ſubſtantiæ ſuæ, & quod natura eius ſtare ante focum non poteſt. Quæ accidentia in terra patitur. Dioſco. Plumbum ſimplex tritum & ſuperunctum, mitigat ictus ſcorpionum marinorum & draconum. Haly regalis in practica ſua ſermone 2. Abaurum. i. plumbum combuſtum, continet in ſe virtutem deſiccantem cum acumine. Quod ſi abluatur deſiccat ſine morſura. Et eſt medicamen vtile peſsimis vulneribus, maximeq; oculorum humiditatem deſiccat, cicatricem ſuperinducēs. Auicenna in Canon. 2. Plumbum nigrum frigidum eſt & humidum in 2. gradu. Et ipſa ſubſtantia aquoſa multum, quam frigus congelauit. Cuius ſignum eſt, vt Galenus æſtimat, Velocitas calefactionis eius. In ipſo quoq; eſt terreitas non vehementis multitudinis. Et eſt vehementer infrigidans apoſtemata, vnde calidis confert, ligatur ex eo lamina ſuper ſcrophulas & glandiolas.

De Plumbo vſto & eius lotura, Plateárius.

Plumbum etiam vſtum fit, quod pulueriza tur, & in vnguentis medicinalibus ponitur. Plin. vbi ſuprà. Fit & lotura plumbi, vſus eius in medicina, cū ſe ipſo teritur in plumbeis mortariis, addita aqua cœleſti, donec craſseſcat, poſtea ſupernatans aqua ſpongijs tollitur, & craſ

ſiſsimum

ſiſsimum ſiccatum in paſtillos diuiditur. Quidam limatum plumbum ſic terunt, quidam admiſcent plumbaginem, alij acetum, alij vinum, adipem, roſam. Quidam in lapideo mortario et maxime Thebaico plumbeo piſtillo terere malunt, quia candidius ita fit medicamentum. Vſtum autem plumbum lauatur, & ſtibijs & cadmia, aſtringit autem & ſiſtit cicatrices; hinc vſus eius in oculorum medicamentis, maxime contra procidentiam & inanitatem eorum, vlcerum excreſcentiam, rimas ſedis, emorroidas & condilomata. Adhæc facit lotura plumbi. Cinis verò vſti ad vlcera ſerpētia & ſordida. Vritur autem in patinis per laminas minutas cum ſulphure, verſatum rudibus ferreis, donec liquor mutetur in cinerem, deinde refrigeratum in farinam teritur. Alij ſcobem elimatam in fictili cado coquunt in farinis, donec percoquatur figlinum. Alij ceruſam miſcent pari menſura, aut ordeum teruntque, & præferunt. ſic tritum plumbum ſpodio cyprio. Dioſcorides. Lotura plumbi virtutem habet ſtipticam & frigidam & malacticam. Alta replentem vulnera, reumaq; oculorum abſtinentem. Carnes vulneribus ſuperflue creſcentibus depaſcitur. Fluxum ſanguinis vulnerūque reſtringit. Plumbum combuſtum & lotum ſomnos venereos cohibet, ſeminis lapſum vexatos medetur clunibus appoſitum. E-
morroidas

morroidas abſtinet & oculorum fluores, habet enim in ſe nimis frigidam humectationē. Auicenna in 4. Canone, plumbum vſtum venenum in potu, cibo vel odore, nam opilat vias anhelitus in corpore. Idem in eod. Accidit autem ei qui bibit litargirium limaturam plūbi, quod apoſtemat corpus eius, ac grauatur lingua, ac retinetur vrina. Et quandoq; ſtercus fit ac quandoq; ventris fluxus. Sentiturq; grauitas in ſtomacho & inteſtinis. Ita quod egrediatur quandoq; anus, & ad raſuram perueniat, & eius inflatio fiat. Eritq; quaſi lapidea glandiola in ventre illius, & fit color plumbeus, anhelitusq; conſtringitur & fortaſsè prouocatur. Accidunt etiam quandoq; accidentia yleos. Cura eius eſt vomitus, fitq; cum aliquo apertiuo, vt eſt decoctio anethi & ficus. Datur etiam in potu mirra in vino, vel abſinthium et hyſopus, aut ſemen apij, vel piper cum vino. Signum ſanitatis eſt, ſi materia ſoluitur, & vrina prouocatur, ad vltimum indiget ſolutiuis.

De Scoria eius & ſpuma, Plinius vbi ſuprà.

Plumbi ſcoria quoq; vſum habet in medicina, optima eſt quæ ad luteum colorem maximè accedit ſine reliquijs plumbi, aut ſpecie ſulphuris, ac terra carens. Lauatur hæc in mortarijs m-

rijs minutim fracta, donec luteum colorem trahat aqua. Inde tranſfunditur in vas purum, idq́; ſæpius donec ſubſideat, quod eſt vtiliſsimum, habet effectus plumbi ſed acriores. Fit & ſpodiũ ex plumbo, eodem quo ex Cyprio ære diximus. Lauat. r in linteis raris aqua cœleſti, ſeparaturq́; terrenum tranſfuſione, cribratumq́; teritur. Quidam puluerem pennis detergere, atq; in vino odorato terere malũt. Eſt & in molibdena, quam gallenam vocauimus ſc. plumbi & argenti vena communis. Melior hæc eſt, quanto magis aurei coloris habuerit, quandoq; minus plumboſa, friabilis & modicè grauis. Cocta cũ oleo iecinoris colorem trahit. Auri etiam & argenti fornacib. adhęreſcit, hanc metallicam vocant, laudatiſsima eſt quę in Cypro al' Zephirio fit, probantur minimè terrenæ, minimeq; lapidoſæ. Coquuntur & lauantur in modum ſcoriæ, vſus eius in lippara ad lenienda refrigerandaq; vlcera, emplaſtriſque quæ non alligantur, ſed illita ad cicatricẽ perducunt. Teneris corporibus molliſsimisq́; partibus, compoſitio eius eſt libris trib. et cerę libra vna, olei tribus heminis. Quod in ſenili corpore cum amurca additur. Temperatur & cum argenti ſpuma, & cum plumbi ſcoria, ad dyſenteriã & tenaſmum calida fouendo. Idem in eod. plumbi ſpuma fit ipſius plumbi fuſura, puteolis efficiturque, & inde nomen ſortitur.

De

De Ceruſſa, *Plinius in libro trigeſimoquarto.*

Ceruſsa eduntofficinæ plumbariæ. Laudadatiſsima eſt in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuiſsimis, ſuper vas aceti aſperrimi impoſitis, atq; ita diſtillantibus, quod ex eo in acetum ceciderit, arefactum mollitur et cribratur. Iterumq; aceto mixto in paſtillos diuiditur & in ſole æſtate ſiccatur. Fit & alio modo: addito in vrceos aceti plumbo, obturatos per 10. dies, deraſoq; ceu ſitu ac rurſus deiecto donec deficiat materia. Quod deraſum eſt teritur & cribratur & coquitur in patinis, miſceturq; rudiculis donec ruffeſcat, & ſimilis ſandaracæ fiat. Deinde lauatur dulci aqua, donec nubeculæ omnes eluantur, ſiccaturq; ſimiliter poſtea & in paſtillos diuiditur. Vis eius eadem eſt quæ ſupradictis, leuiſsima tamen eſt ex omnibus, prӕterquá ad candorem fœminarum adhibetur. Eſt autem lethalis potus, ſicut ſpuma argenti. Ceruſsa ipſa ſi coquitur ruffeſcit. Yſiodorus in libro 19. Ceruſsa de plumbo fit hoc modo. In vaſe aceto acerrimo impleto, ſarmenta aminea in eodem vaſculo collocantur, ac ſuper farmẽta tabulæ plumbeæ tenuiſsimę ponuntur, deinde vas diligẽtiſsimè clauditur & illinitur, ne inde aliquid ſpiraminis exeat. Poſt dies 30. vas aperitur, & ex diſtillatione tabu-

tabularum innata cerufsa inuenitur. Quod ablatum atq; arefactum teritur, & iterum aceto mixto in paſtillos diuiditur & in ſole ſiccatur. Hac obſeruantia, ſi laminas æreas ſarmentis ſuperponas, eruginem creat chalcantum. Platearius vbi ſuprà. Cerufsa flos plumbi eſt, & frigida ſiccaque in ſecundo gradu. Hanc qui faciunt ſæpius incurrunt apoplexiam, epilepſiam, paralyſim, artheticam, propter frigiditatem aceti diſſoluentem & mortificantem. Habet autem ceruſſa virtutem mundificandi & extergendi ſuperfluitates. Vnde quædam mulieres abluta facie, puluerem ceruſſæ tenuiſsimę ſuper adducunt. Alię verò quia cerufsa aliquantulum ſicca eſt, cõficiunt eam in aqua roſarum, & exponunt ſoli maximè æſtate, qua conſumpta, aliam apponunt, & hoc faciunt, donec fit albiſsima, & aliquantulum aromatica poſtea formant in pillulas, & faciei apponunt. Nota quod quæ longo tempore vtuntur adhibitione cerufsæ, dolorem dentium incurrunt, & putredinem, oriſq; fœtorem. Haly vbi ſuprà. Heſpidagi plumbi hoc eſt cerufsa, melius eſt onuſtum, plurimum album, ſuaue, molle, frigidum & ſiccum, vlcera deſiccat cataplaſmatum ſuper ea, prodeſt ophthalmiæ ſi miſceatur oculorum medicaminibus, vlceraq; eorum cicatrizat. Si verò ſuper acuta apoſtemata cataplaſmetur, inflationem eorum ſedat.

dat. Auicenna in 2. Canon. Ceruſsa eſt cinis plumbi, ponitur in emplaſtris, & vlcera replet ac generat in eis carnem, & corrodit carnem malam. Confert bothor oculi, lenificat apoſtemata frigida & dura. Fit autem ceruſsa quandoq; aceto, quandoq; cum ſalibus. Quæ cum aceto fit vehementioris eſt ſubtiliationis. Eſt etiam ex medicinis ani fiſsuris conuenientibus. Eſt iterum ex venenis.

De Antimonio, Auicenna vbi ſuprà.

Antimonium eſt ſecundina plumbi mortui, eiusq; virtus ſimilis eſt virtuti plumbi aduſti, quod autem ex eo bonum eſt, laminoſum eſt, fruſtis eius cõfractis eſt ſplendor. Eique nihil extraneum admiſcetur, nec eſt ſordidum, valdeq; velociter frangitur. Et eſt frigidum in primo gradu, ſiccum in ſecundo. Eſtque vehementioris deſiccationis antimonium quam atramentum rubeum. Conſtringit autem & exſiccat ſine mordicatione, fluxumque ſanguinis abſcindit. Item vlceribus conuenit, deſtruit carnes additas, & conſolidat. Ponitur etiam cum adipe ſuper aduſtionẽ, ſicque non vlcerat. Prohibet præterea fluxum ſanguinis narium ex velaminib. cerebri. Conſeruatq; ſanitatem oculi, ac remouet ſordes vlcerum ſuorum. Item confert fluxui ſanguinis

matricis, quando ſupponitur loco eius ſtannum aduſtum.

De quibuſdam metallis commixtis, electro & corintheo, Yſiodorus.

Electrum dicitur, eo quod ad radios ſolis, clarius auro argentoq; reluceat. Sol enim Electrum vocatur, & defecatius eſt hoc metallum omnibus metallis. Huius tria ſunt genera, vnum quod ex arbore pini fluit, & ſuccinum dicitur. Alterum metallum quod naturaliter inuenitur, & in præcio habetur. Tertium quod fit de tribus partibus auri, & vna argenti. Quas partes etiam ſi naturales ſoluas, inuenies, vnde & nihil intereſt, natum ſit an factum, vtrumq; enim eiuſdem naturæ eſt. Electrum quod eſt naturale, eſt eiuſmodi naturæ, vt in conuiuio & ad lumina clarius cunctis metallis refulgeat, & venenum prodat. Nam ſi ei venenum infundas, ſtridorem edit, & colores varios in modum arcus cœleſtis emittit. Ex lib. de natura rerum. Electrum duplex eſt, artificiale, quod ex auri & argenti mixtura conficitur, & naturale, quod in colore quidem ſimile eſt, ſed in virtute præſtantius. Rariſsimè autem inuenitur, & ſophiſticatum auro difficilimè diſcernitur. Sed vas ex vero & naturali electro, venenum prodit. Cui ſi venenum infundatur,

datur, ſtridit, quaſi violentiam paſſum, & colorem perdit, vſq; dum igne purgetur. Metallum hoc conſeruatiuum eſt. Vnde olim in locellis ex electro magnorum corpora condebãtur. Plinius lib. 33. In auro vbicunq; argenti eſt quinta portio, electrum vocatur. Scrobes huiuſmodi reperiuntur in auro Canalienſi. Fit et cura electrum, dum argento additur aurum, quod ſi proportionem quintam excedit, in cudibus non reſiſtit. Electrum natura eſt clarius argento ſplendore ad lucernarum lumina. Quodq; natiuum exiſtit venena deprehendit. Nam in calicibus arcus, cœleſti arcui ſimiles, cum igneo ſtridore diſcurrunt, geminaq; ratione prædicunt. Gloſſa ſuper Ezechiel. Electrum ex auro & argento compoſitum eſt, dumque atgentum miſcetur, in claritatem creſcit, & aurum à fulgore ſuo palleſcit. Yſiodor. Corinthium eſt commixtio omnium metallorum, quod caſus primum miſcuit, cum Corinthus incenſa caperetur, vnde vſq; hodie ex eius imitatione æs Corinthium, vel Corinthia vaſa dicuntur.

De Operatione boracis, & commixtione argenti & æris, ex lib. Vapor.

Boracem conſolidare argentum cum argento vel ſtannum cum ſtanno, impoſsibile eſt, niſi communicet eis in radice. Propter hoc ar-

tifices alchimiæ vtuntur borace in metalli ſui multiplicatione. Aliud enim eſt occultum, & aliud manifeſtum in ære. Quando volunt æs in argentum tranſſubſtantiare, non laborant in hoc, vt tranſſubſtantietur ſubſtantia æris, ſed ſolummodo vt auferant ab eo colorem, qui ſubſtantiam argenti celabat. Cum autem humidum ductile ſit in omnem partem (ſecundum Ariſtotelem) humidum erit male terminabile proprio termino, bene autem alieno. Itaq; neruus tractabilis eſt in longum, vt corrigia, & hoc eſt ab humiditate, quæ eſt in eo in omnem partem ductilis, humiditate dico admixta terreſtritati ſubtili, quæ facit viſcoſitatem habilem ad diffuſionem, ſicut videmus in molli. Hinc eſt quod fabricatores argenti volentes illud fabricare in longum, apponunt ei cuprum, vt in permixtione cupri ſicci cum argento humido generetur viſcoſum, quod ſit principium diffuſionis argenti in longum aut latum. Argentum quippe eſt ſubſtantia humida multum, & congelata, vnde & ſi per ſe in fabricatione fabricetur, acciperet fiſſuram, ſicut videmus in glacie. Cum enim percutitur glacies, frangitur, & nec in longum nec in latum diffunditur. Siquidem in omni congelato accidit fiſſura in percuſſione. Cumq; extrahitur argentum, apparet rubor particularis, qui eſt ex paruo cupro. Quod ſi magnum eſſet cu-

prum

p rũ appareret nigredo coloris, celans ſubſtantiam argenti. Et attende, quod ſicut humiditas remollit, ſic & ſiccitas corrugat. Vnde cum cuprum ſimul calidum & ſiccum ſit magis q̃ aqueum, iudicant metallorum artifices, quod cum argentum ſit decoctum, habet corrugationem, & ita non relinquitur in decoctione purum. Et hoc patet. Cum enim argenti ſuperficies plana eſt, & in medio fiſsura, dico illam fiiſsuram in fundo exiſtentem eſse tantum in ſiccitate cupri, cum ſcabroſitate ipſius cupri, à qua non eſt depuratum argentum, vnde ibi tunc ſignum eſt, argentum non eſſe purum. Aliquando autem argentum viuum frangibilitatem ex ſiccitate prouenientem aufert, vt patet in ſtanno, ſicut ſuperius dictum eſt. Videmus autem in argenti depuratione, plumbum mixtum exhalare ex caloris motione, ad quod depurãdum apponitur plumbum. Non quia depuret ipſum, ſed quia tanquam conſumendo calor ei adhæret, qui alias ſubſtantiam argenti conſumeret. Et interim argentum per calorem depuratur, qui facit tranſire cuprum in vna parte, & árgentum in alia per ſuam calliditatem. Vnde dicit Ariſtoteles calidum eſſe diſgregatiuum heterogeniorum.

De Spiritibus mineralibus, & primo de Sale, eius natura & origine, Yſiodor. lib. 16.

Sal quidam dictum putant, quòd in igne exiliat, fugit enim ignem, dum tamen ſit igneum, ſed naturam ſequitur, quia ignis & aqua ſemper inter ſe inimica ſunt. Alij ſal à ſalo vel ſole vocatum exiſtimant. Nam aquis marinis ſpontè gignitur, ſpuma in extremis littoribus derelicta vel ſcopulis, & ſole decocta. Sunt & lacus, & flumina & putei è quibus hauritur, dehinc In ſalinis ingeſtus, ſole ſiccatur. Sed & ſumma fluminum denſantur in ſale, amne reliquo ſub gelu fluente. Alibi quoq; detractis arenis colligitur, creſcens cum Lunæ motibus. Nam hammoniacus in Cyrenea ſub arenis inuenitur. Britannici quoq; ſales ex aqua in ſilicis ſoliditatem vertuntur, ita vt ferro cedantur, candore niuei, corpori ſalubres, cibo & potu grati. Sunt & montes natiui ſalis in quibus ferro ceditur vt lapis, renaſcens maius, tantæ etiam alicubi duriciei, vt muros domosq; maſſis ſalis faciant, ſicut in Arabia. In natura quoque ſalis differentiæ ſunt, nam alibi ſuauis eſt, alibi ſalſiſsimus, commune in igne crepitat, Tragaſeum nec in igne crepitat, nec exilit. Agrigentinum Siciliæ in igne fluit contra naturam. Sunt & colorum differentiæ, memphiticus ruffus eſt, in parte quadam Siciliæ, vbi Æthna mons eſt purpureus. Item in eadem Sicilia in Pachino adeo ſplendidus eſt & lucidus, vt imagines reddat. In Cappadocia croci

nus ef-

nus effoditur. Salis autem natura ad omnem eſcam neceſſaria eſt, eis enim ſaporem dat, aui ditatem excitat, & appetitum in cibis facit. Corpora etiam ſal aſtringit, ſiccat & alligat, defuncta à putredine conſeruat. Plinius libro 31. Sal omne aut fit aut gignitur, vtrumq; pluribus modis, ſed cauſa gemina, vel ex humore coacto, vel ſiccato conſiſtit. Philoſophus in libro de Vegetabilibus. Sal generatur in lacunis, quia fit dulcis aqua ſalſa, ſuperat ergo ſalſedo terræ, ſalſedinem illam, quia remanet aer incluſus, ideo dulce non erit illud corpus. Alio quoque modo ſal eſt ex aquis, quoniam exit ex eis vt ſudor.

De diuerſis ſpeciebus ſalis, Conſtantinus in libro Graduum.

Sal quatuor modis eſt. Quod fit in ſalina commune eſt. Eſt & ſal gemma. Eſt & indicum cuius color pertinet nigredini, lucidum & durum. Eſt & aliud quod dicitur Napticum .i. aqua coagulata de petreolo fluxa. Omne tamen calidum & ſiccum eſt ſed non æqualiter. Sal Hammoniacum calidum eſt & ſiccum in quarto gradu, facitq; alterum ſal, ſimiliter nitrum. Sal gemma ſuauiter purgat flegma, & etiam ſale communi vtilior. Similiter & Indicum phlegma purgat & cholerã nigrã,

& diuerſos putridos humores, Napticum eſt calidius & ſiccius cęteris, mundificat & diſſol uit. Sal Hammoniacum colat & mundificat, & plus interiora quam exteriora. Plinius lib. 31. Inuentum eſt ſal inter Ægyptum & Arabiam, etiam locis ſqualentibus detractis arenis, qualiter & per Affricæ ſitientia vſq; ad Hammonis oraculum. Ex his quidem cum Luna noctibus creſcit. Nam & tractus Cyrenaici Hammoniaco ſale nobilitantur, ipſo ſic appellato qui ſub arenis inuenitur. Similis eſt colore alumini, quod ſchiſton vocant, longis glebis neq; perlucidis. Ingratus eſt ſapore, ſed vtilis medicinæ. Probatur quam maximè perſpicuus, rectis ſciſsuris inſigne, de quo proditur quod leuiſsimus intra ſpecus ſuos, in lucem vniuerſam prolatus *vix* credibili pondere ingraueſcat, cauſa eſt cuniculorum ſpiritu madido ſic adiuuante, moliẽtes vt adiuuent aquæ. Adulteratur autem à Siculo. Nec non & Cyprio miro ſimili. In Hiſpania quoq; citeriore, è gelaſte ceditur glebis penè tranſlucentibus. Cui iam pridem palmam inter omnia ſalis genera datam à pleriſq; medicis perhibetur. Iſaac. Sal duobus modis eſt, metallicum ſc. & marinum. Marinum fit in lacubus, quos Salinas appellant, vel aqua maris æſtiuo calore cocta. Metallinum laudabile maximè, quod caret lapidib. & eſt clarum obtuſum & ęquale.

Mari-

Marinum quoq; bonum eſt, ſi candidum eſt, non tamen quale metallinum, vtrumq; in actione equale eſt. Initiò ſoluũt et mundificant ſuperfluitatem putridorum humorum, deinde remanentia exſiccant & conſumunt, poſt naturalem corporis humiditatem coadunant, & conſtrictam conſeruant, & poros cutis claudunt.

De Operatione ſalis in Alchimia, ex additis lib. quarti Meteoror.

Sal Hammoniacum & alumen ſunt de genere ſalis, niſi quia ignis in ſale Hammoniaco magis eſt quàm terra. Et totum ſublimatur, & ipſum eſt cui miſcetur fumus calidus nimium ſubtilis, igneitatis multæ, & eſt coagulatum ex ſiccitate multa. Conſtantin. in libro graduum. Sal in auro etiam ruborem augmentat, & in argento albedinem, ſi ex eo lotum fuerit. De hoc plura ſunt ſuprà dicta.

De Virtute ſalis in medicina, Auicenna in lib. 2. de medicina.

Sal natura calidus eſt & ſiccus in 2. gradu. In ipſo eſt amaritudo & ſtipticitas, & quanto amarior eſt, tanto calidior. Abſtergit autem reſoluit, conſtringit, exſiccat & diſrumpit ven

toſitates. Sal aduſtum vehementioris eſt exſiccationis & reſolutionis, & confert putrefactioni, & humorum groſsiciei. Huius flos eſt eo ſubtilior, & puluis eius ipſi propinquus, & ambo reſoluunt plus quàm ſal, & minus conſtringunt, ſal aduſtum mundificat dentes à lapidibus, & remouet nigredinem ſanguinis, vbicunq; linitus eſt. Et eius vſus cum melle bonum efficit colorem. Item ſal corrodit carnem additam & morſam, & confert ſcabiei vlceroſæ & impetigini, iuuat ad vomitum, & facilem ſuperfluitatem vt egrediatur, ac deſcenſionem cibi. Itē valet ad dyſenteriā, adiuuat medicinas ſolutiuas ad eradicandum melancoliam, & viſcoſas humiditates de membri partibus. Valet etiam in emplaſtris contra venena, contra podagram, contra carbunculos, contra apoſtemata phlegmatica. Dioſc. Virtus omni ſali ſtiptica eſt, & catartica & diaforetica, putredinem tollit, ſcabiei medetur, collirijs oculorum miſcetur, cum oleo inunctus labores itineris tollit. Tumores hydropicis & dolores ſi fuerit calidus adhibitus, ſoluit, ſi faucibus, ſi vuæ, ſi gingiuis & arterijs addatur cum melle reuma prohibet, ac liuores tollit corporis. Tritus lintheo ligatus, & aceto infuſus impoſitus quæ morſibus venenatis occurrit, & ad alia multa valet. Conſtant. vbi ſup. Vniuerſaliter ſal corpora cuſtodit, & ab eis putredinem mū,

dat

dat, groſſos & duros humores eliquat & deſiccat, prohibet naturalem colorem ne diſſolua & corrumpatur, peſsimis vulneribus appoſitum repugnat ne dilatentur, mixtum cum oleo membrisque fatigatis inunctum, omnem dolorem ab eis aufert cum ſemine lini cataplaſmatum, morſus curat reptilium.

De Arſenico & eius natura, Yſiodorus libro 19.

Arſenicum quod Latinè ob colorem auripigmentum dicitur, colligitur in ponto ex auraria materia vbi & ſandaraca, optimum eſt quod in aureum colorem tranſit purum & fuſile, gracili venarum diſcurſu. Quod verò pallidius aut ſandaracæ ſimile eſt deterius iudicatur. Eſt & tertium genus ſquamoſum, quo miſcetur aureus color, vis eorum eſt vt ſandaracę ſed acrior. Plin. li. 34. Arſenicum eſt ex eadem materia qua eſt ſandaraca, quod ex eo optimũ eſt coloris etiam in auro excellentis. Ex libro de vapor. Contingit in aliquo terræ, quod terreſtre compreſsione humidi in ipſo fit pinguius, vt ſterquilinio. Nam propter compreſsionem partis ad partem, & humidi groſsi exhalationem, redditur ſterquilinium pingue. In tali caſu contingit in cauernis fieri bitumen pingue, & ex groſsa pinguedine. Tunc venientib.

ventis

ventis terreſtribus calefactis in fundo maris per meatus terræ, calefactis inquam per ſplendorem ſolis reflexum, ab ipſis partibus colatis per humidum fluens per cauernas terrę, exhalante humido, partes terreſtres in cauernis exiſtentes, habent in ſe ſubtilem vnctuoſitatem, quæ veniens ad prædictum bitumen admiſcetur illi, & tunc vnctuoſitas eſt duplex, vna ſc. quæ eſt bituminis groſſi, & altera quæ eſt ſubtilis iſtarum partium terreſtrium quæ admixtæ ſunt ei. Porro tali corpore congelato per tempus contingit ipſum tranſire in ſubſtantiam auripigmenti, ſicut in ſulphuris. Hinc auripigmentum duplicem dicimus habere vnctuoſitatem, & ſimiliter ſulphur.

De Operatione ipſius in Alchimia, ex libro de Vaporibus.

Arſenicum ſiue auripigmentum (vt prædictum duplicem vnctuoſitatem habet, ſimiliter & ſulphur. Vnde cum intendimus auripigmentum vel ſulphur ſublimare, auferimus vnctuoſitatem vnam per eius ablutionem in vrina, lixiuio, aceto, & caprino lacte, quæ quidem ablutiones acutæ ſunt, & vnctuoſitatem ex eo auferunt, quæ ſi remaneret auripigmentum ſublimari non poſſet. Nam ſtatim incenderetur & flamma fieret. Eo quòd illa vnctuo-

ſitas

ſitas ad calorem ſuſcipiendum habilis eſt. Nec talia corpora ſublimari poſſunt. Etenim bene poteſt eſſe duplex vnctuoſitas in aliquo, ſicut in carne leonis duplex eſt calor, vnus quem ſemper retinet, alter quem aliquando amittit. Ex doctrina Alchimiæ. Cum autem inquireremus aliquid quod ſi proijceretur ſuper liquē factum adhęreret ei, ac commiſceretur ac ſubmergeretur in eo, nec ipſum corrumperet. Nō inuenimus niſi de minerabilibus ſulphur, & de commixtis arſenicum. Ipſum tamen fugiunt ſine mora, niſi quod breuiſsimo temporē incipiunt procedere ad conuerſionem cum eo. Inuenimus autem ingenium per quod illa rectificentur. Ita vt eis maneat adhærentia & deſtruatur aduſtio. Cauſa ſiquidem adhærentiæ liquefactio eſt; deinde ſimilitudo minereitatis & vicinitatis quam habet cum eo.

De Virtute ipſius in medicina; Plinius vbi ſuprà.

Arſenici eadem eſt vis quæ & ſandaracæ, ſed acrior, tollit digitorum prurigia, carnesq; digitorum & condylomata, & quicquid excreſcit, torretur autem in noua teſta, donec mutet colorem, vt validius proſit. Auicen. vbi ſuprà. Arſenicum aliud eſt album, aliud rubeum, aliud citrinum, omnia putrefactiua ſunt & mordicatiua

dicatiua. Eſt autem calidum in tertio, in ſecun do ſiccum, pilos abradit, & alopicię cum gummi pini conuenit. Emplaſtrum cum eo fit ſuper vulnera. Cum adipe & oleo conuenit ſcabiei & ſahaphat humidæ & putredini, & abſtergit & adurit cutem. Aſſumitur ad tuſsim antiquam, & ſputum saniei ac ſanguinis, ac quandoque ponitur in pillulis ad aſthma. Miſcetur autem cum oleo roſato ad bothor & emorroidas. Quod autem ex eo ſublimatum eſt interficit, & ex rubeo quidem melius eſt quod eſt puluerizabile, Armenum, aureum, laminoſum, ſubtile. Album autem interficit. Dioſcor. Virtus ei ſtiptica eſt, cum calce viua mixtum, & corpori illitum, tollit pilos.

De *Sulphure & eius natura, Plinius libro vigeſimoquinto.*

Mira vis eſt ſulphuris, quo plurima domantur. Naſcitur in Inſulis Æolijs, ſed nobiliſsimum in Melo Inſula. In Italia quoq; inuenitur in agro Neapolitano Campanoq; collibus qui vocãtur Leucobagi, è cuniculis effoſſum igni perficitur. Primum genus Græci apyron appellant, quod ſolidum, hoc eſt gleboſum naſcitur, eoq; ſolo ex omnibus generibus medici vtuntur. Cætera namq; liquore conſtant & conficiuntur oleo incocta. Viuum autem effoditur

ditur tranſlucens & virens. Secundum vocatur gleba, fullonum tantum officinis familiare. Tertium egula. Cui vnus tantum eſt vſus ad ſufficiendas lanas, quoniam candorem tantum molliciemq; confert, Quartum ad licinia conficienda maxime valet. Impoſitum igni comitiales morbos ſuo nidore comprehendit. Luſit eo Anaxilaus candens in calice nouo pruna ſubdita circumferens. ex ardeſcentis re percuſſu & pallorem dirum velut defunctorum conuiuis effundente. Sentitur vis eius & in aquis feruentibus. Nec alia res facilius accenditur, quo apparet ignium vim magnam etiam ei ineſſe. Fulgura & flumina quoq; ſulphuris odorem habent. Et lux ipſorum eſt ſulphurea. Author. Sulphur calidum eſt, fetidum, tenax, duratum. Accenſum autem plus fetet.

De regimine & operatione ipſius in Alchimia ex libro de aluminibus & ſalib.

Sulphuris natura ac regimen eſt ſicut Arſenici. Quod autem de ipſo conſideratur, eſt remotio aduſtionis eius, & deletio oleaginitatis, & albificatio ipſius æqualiter ſicut arſenicum. Autor. Ex ſupradictis vero patet, æqualiter ſulphur et argentũ viuum, elementũ ſint omnis minerę metallorũ. Ex li. de vapo. ſicut au-

tem

tem ignis cum attrahit humiditatem cupri, nigreſcit argenteus cyphus in igne. Sic quando ſulphur vel etiam auripigmentum puluerizatum apponitur ſupra cuprum calefactum, nigreſcit cuprum, eo quod auripigmenti & ſulphuris attrahit ſibi humidum. Ex hoc etiam eſt radix, cur homines declarare volentes auripigmentum & ſulphur, lauant ea in acutis lauaturis, vt in vrina & aceto, & lixiuio, & ſero caprino, vt extrahant ex eis vnctuoſitatem, quæ faciebat in eis ad citrinitatem. Cumque videre volunt, vtrum ſint purè dealbata, & receſsit ex eis tota citrinitas: Apponunt illa ſupra cuprum calidum. Et ſiquidem nigreſcit, ſciunt quod hoc eſt propter vnctuoſitatem, quam extrahit illis, quæ antè ad citrinitatem in illis faciebat. Si nec ex toto receſsit ab eis, tunc ſciunt quod non ex toto dealbata eſt per acutas lauaturas. Si autem cuprum nullo modo nigreſcere viderint, propter illorum appoſitionem, ſciunt quòd nulla in illis remanſit vnctuoſitas, quæ faciebat ad citrinitatem, & tunc ſciunt corpora illa purè dealbata eſſe & apta vt ex eis fiat ſublimatura. Et nota, Quoniam in ſulphure eſt pingue, tanquam materia calida & ſicca, proijcit flammam ex ſe ſine alicuius admixtione. Seuum autem vaccinum licet pinguius ſit, non tamen flammam ex ſe proijcit, quia abundat in frigiditate, cuius ſi-

ius ſignum eſt, quòd ſit de animali ruminante complexionis frigidæ.

De Virtute ſulphuris in medicina, Conſtantinus vbi ſuprà.

Sulphur calidum eſt & ſiccum in quarto gradu, vnde Dioſcor. inquit, Sulphur calefacit, & diuturnam tuſsim maturat. Saniem pectoris excludit mixtum cum aceto, valet impetigini & ſcabiei & alopiciæ. Arbore pomorum citrinorum ex eo fumigata, mox omnia poma cadunt. Quod ſi roſa vel rubei panni ex eo fumigentur fiunt albi coloris, mixtum cum melle & nitro, veteri valet ſcabiei, puſtulis & putori corporis. Puluerizatum corporiq; aſperſum ſudorem egredi prohibet, reuma & catarrhum curat. Dioſcorid. Sulphur eligẽdum eſt viuum, colore limpidum, reſplendens ac perlucidum, ac ſine lapide, quod miſsum in focum viridem & pinguem colorem facit. Virtus ei eſt termantica, diaforetica, recorporatiua & extenuatiua. Empicis & Aſthmaticis in ouo acceptum medetur, reſinæ mixtum ictus ſcorpionis mitigat, pruriginem corporis prohibet. Catarrhum tollit, cum nitro ex aqua podagricis confert. Fumigio reddit auditum, & litargicos curat. Item aceto mixto cum terebentina leproſos vngues excludit, venenis in

vino bibitum reſiſtit. Platear. de ſimplici medicina. Terra actione caloris in naturam ſulphuream mutatur, aquoſis & terreſtribus partibus in igneas tranſeuntibus. Viuum tale eſt, quale ab ipſa terra producitur. Aliud extinctum vel mortuum quod artificioſè paratur, in calamis æneis vel ferreis funditur, & per actionem proprij caloris conſumitur & in cinerem album conuertitur, ſicq; in medicinis ponitur. Et habet virtutem diſſoluendi, conſumendi & attrahendi.

De Argento viuo & eius origine vel natura, Yſiodous vbi ſuprà.

Argentum viuum dicitur quod excidat materias quibus inijcitur, hoc eſt liquidum, quia percurrit. Inuenitur autem ſpecialiter in metallis ſiue in fornacibus argentarijs, guttarum concretione tectis inhęrens. Sæpe etiam in ſtercore vetuſtiſsimo cloacarum vel puteorum limo, fit etiam ex minio conculæ ferreæ impoſito, patina teſtea ſuppoſita. Tunc enim circumlito vaſculo circumdantur carbones, ſicq; argentum ex minio diſtillat, ſine hoc neque argentum neq; æs inaurari poteſt. Tantæ autem virtutis eſt, vt ſi ſuper ſextarium argenti viui centenarium ſaxum ponas, oneri ſtatim reſiſtit. Sin autem auri ſcrupulum, leui-

tatem

tatem eius raptim ſinu recipiet. Ex quo intelligitur, non pondus ſed naturam eſſe cui cedit. Seruatur autem melius in vitreis vaſculis, nã cæteras materias perforat. Ex lib. de vapor. Argentum viuum aufert frangibilitatem ex ſiccitate prouenientem, vt patet in ſtateris. Stannum quippe liquefactum, et poſtea in aceto infuſum, vbi eſt argentum viuum, ſtatim penetratur ex ſubſtantia argenti viui, & etiam ex ſubſtantia aceti coadiuuante ad penetrabilitatem, & tunc humiditas argenti viui ſiccitatem aufert ſtanni, & eius remollit humiditatem, præterea viuum argentum laminæ argenti cum argento eſt conſolidatiuum. Quod ideo fit, quia (vt dicit philoſophus) communicat in radice cum omni metallo. Ex lib. de natura rerum. Argentum viuum eſt reuera calidum & humidum in quarto gradu, licet in quibuſdam libris inueniatur eſſe frigidum. Extinctum poteſt alij rei admiſceri, ſed viuum non. Optimè ſeruatur in vaſis vitreis & loco frigido, poſitum enim in calidum exhalaret in fumum. Poteſt autem fieri album & rubeum cum ſulphure, fertur enim de facili omnes colores recipere. Si extinguatur cum pinguedine apparebit quaſi terra, & ſic inter ollas artificiosè crematum, extrahitur ab igne clarum, malliabile ac tractabile ad modum argenti ad maxima firmacula facienda. Pli-

nius vbi ſuprà. Argentum viuum venenum eſt omnium rerum, excedit ac perrumpit vaſa permeans tabe dira. Omnia ei innatant prę ter aurum. Id vnum ad ſe trahit, ideoq; optimè purgat, cæteras eius ſordes expuens, crebro iactatu fictilibus in vaſis, ita vitijs abiectis, vt & ipſum ab auro diſcedat; in pelles ſubactas effunditur, perq; eas ſudoris vice defluens, purum relinquit aurum. Ergo & cum æra inaurantur, ſublitum brateis pertinacisſimè eas retinet. Verùm pallore detegit ſimplices aut pertenues brateas. Huiusmodi liquor æternus venis argenteis vomitur. De Operatione ipſius in Alchimia ex libro de Aluminibus & Salibus ſuprà dictum eſt in primo.

De Virtute eius in medicina, Auicenna in 2. Canone medicinæ.

Argentum viuum aliud generatur ex minera ſua purgatum, & aliud extrahitur ex lapide mineræ ſuæ cum igne, ſicut aurum & argentum. Qui ſc. lapis mineræ eius quando purus eſt, non permiſcentur ei terra & lapides. Habet autem colorem vzifur .i. cinabrij & eo fortiorem: frigidum & humidum eſt in 2. gradu vel in 3. ſublimatum quidem ſtipticum eſt. Extinctum autem cum oleo roſato medicamen eſt pediculorum & lendium, & ſcabiei, & vlcerum ma-

rum malorum. Platear. vbi ſuprà. Argentum viuum calidum eſt & humidum in 4. gradu. Nam calidum eſſe ex effectu probatur, Quià diſſoluit, incidit, & penetrat. Sed quia valde frigidum actualiter eſt, frigidum ab authoribus quibuſdam iudicatur. In terra generatur, & ab ea quaſi aqua fluens producitur. Diutiſſimè conſeruatur. ſed in vaſe ſolido & loco frigido. Habetq; virtutem diſſoluendi & penetrandi. Farina lupinorum amarorum decoquitur in aceto fortiſsimo vſq; ad ſpiſsitudinem, & argenti viui extincti facta commixtione, caput patientis ex abundantia pediculorum perungitur per diſcriminalia. Extinguitur autem vel cum ſaliua, vel fricatur cum cinere & ſaliua. Aut cum capillis & ſaliua, aut cum puluere oſſis ſepiæ & ſaliua. Melius autem dicitur extingui, cum alteri rei poteſt admiſceri. Niſi enim ſic extinguatur, ipſius ad aliud non fit admixtio. Ignis autem ex actione facilè extenuatur in fumũ, deniq; nec in re actualiter calida ponendum eſt, quia extenuaretur in fumum, fumus autem argenti viui aſtantibus obeſt. Contra ſcabiem autem vnctum, oleo parum calefacto miſcetur acetum, deinde litargirum & ceruſsa puluerizata bulliuntur ad ſpiſsitudinem mellis. Et refrigeratis argentum viuum imponitur, & vſui reſeruatur. Cum axungia quoque gallinacia argentum viuum &

ceruſa conficiuntur. Ex hoc facies inuncta clarificatur & dealbatur.

De ipſius potione ac fumigatione venenoſa, Conſtantinus vbi ſuprà.

Dioſcorides dicit, quod argentum viuum bibenti mortem tribuit. Euadere tamen poterit qui biberit hoc, caprinum lac bibendo ac ſe mouendo vel etiam bibendo vinum, addito abſinthio, ſynapi vel hyſopo. Cuicunq; membro adhæret, ipſum percutit ac corrodit. Quod ſi ad ignem ponatur deſtruitur, fumumq; facit, cui ſi quis appropinquauerit, mox ei9 mollificabuntur oſsa, omnesq; nerui ac lacerti, & omnia membra, quæ propter motum voluntarium ſunt ſc. compoſita. Vnde plæriq; incidunt in paralyſin, in tremorem ac ſurditatem & actionis animatæ corruptionem. Denique quocunq; loco fumus argenti viui fuerit, omnia reptilia fugiunt ac moriuntur. Auicen. vbi ſupr. Argentum viuum ſublimatum interficit, propter vehementem inciſionem, & eius cura fortis eſt bibere lac ac vomere. Licet Galen. dicat ſe hoc non expertum fuiſſe. Idem in lib. 4. Argenti viui extincti venenum eſt de genere medicinarum acutarum calidarum. Mordicationi & inciſioni & puncturæ corroſionis aptum. Potatum verò plurimum non nocet,

ſed

ſed egreditur per inferiorem regionem. Porro in aurem infuſum facit dolorem vehementem & accidit commixtio & quandoq; ſpaſmus, et grauedo illius lateris. Quandoq; etiam epilepſia vel apoplexia, propter læſionem cerebri cum frigore ipſius. Extinctum autem & ſublimatum, eſt malum nociuum inciſiuum, lithargirio ſimile ex punctura, & inteſtinorum torſione, & ſanguinis deambulatione, & linguæ grauitate, ſtomachi grauedine. Corpus etiam apoſtematur, & vrina retinetur. Cura extincti potati eſt, vt poſt vomitum mirrha cũ vino & aqua mellis detur & cliſterizetur. Cum autem in aurem effuſum eſt declinet caput in quantum poteſt. Stansq; ſuper vnum pedem, ſaliat ſuper aliam partem, vel manu ſuſpendatur, vt concutiatur argentum viuum & egrediatur. Yſiodorus. Argentum viuum potui datum interficit, cauſa ponderis.

De cæteris mineralibus medijs inter corpora & ſpiritus, quorum partes quædam obtinent vicem ſpirituum, & quædam corporum.

De *Alumine & eius origine vel natura, Yſiodor.*

Alumen eſt ſalſugo terræ, efficiturq́ hyeme ex aqua & limo, & æſtiuis ſolibus maturatur. Huius ſpecies duæ ſunt, liquidum & ſpiſſum.

Plinius lib. 35. Aluminis & bituminis operatio ferè ſimilis eſt, plura ſunt eius genera, in Cypro candidum & nigrum, exigua eſt coloris differentia, cum ſint vſus magni. Quoniam inficiendis lanis colore claro candidum & liquidum eſt vtiliſsimum, econtra verò fuſcis & obſcuris nigrum. Aurum nigro purgatur. Fit ex vndantis terræ natura. Quod ex eo pręcox fuerit candidum fit. Gignitur in Hiſpania & Ægypto, Armenia, Macedonia, ponto, Africa, multisq; prouincijs. Sed laudatiſsimum in Ægypto proximum in Melo. Huius duæ ſunt ſpecies liquidum & ſpiſsum. Liquidi probatio eſt, vt limpidum ſit ac lacteum, ſine offenſis fricantium quodam igniculo caloris. An ſit autem adulteratum deprehenditur ſucco mali punici. Sincerum enim mixtura ea nigreſcit. Alterum genus eſt pallidæ & ſcabræ naturæ, quod galla inficitur, ideoq; hoc vocant paraphoron. Dioſcor. Aluminis ſpecies multæ ſunt, ſed medicinæ tres neceſſariæ, rotundum, ſciſſum, liquidum. Rotundum probabilius eſt, quod naturali rotunditate formatum eſt, fiſtuloſum, ſubalbidum, non lapidoſum, friabile, ex aliqua parte pallidum, pingue ſc. & vehementer redarguens. Sciſſum optimum eſt, quod eſt quaſi flos illius rotundi, leue, album, capillos albos pectinatos ſimulans, non in glebam compreſſum. Liquidum dein-

de me-

de melius eſt, quod eſt leue, perlucidum, in ſummo aũt in modum floris quaſi lac habens. De Operatione eius in Alchimia vide ſuprà.

De Virtute ipſius in medicina, Platearius in lib. de ſimp. med.

Alumen calidum eſt & ſiccum in 3. gradu. Virtutem habet conſumendi & vehementer deſiccandi. Quod album eſt melius eſt, & acutum ſalſugini immixtum. Quod autem feculentum & terreum eſt impurum. Vſus eius contra cancrum & inflammationes gingiuarum, & contra ſcabiem. Balneum aquæ alumi noſę valet hydropicis, ſcabioſis, artheticis. Auicen, vbi ſup. Alumen exſiccat & prohibet omnis ſanguinis fluxum & curſum ſuperfluitatum & effuſionem earum. Cum aqua interficit alkarad .i. cimices & pediculos, & fœtorem oris tollit, cum fece vini tantundem aluminis deſiccat vlcera difficilia, cum ſal gemma valet corroſioni & aduſtioni ignis. Ex lib. de naturis rerum. Vniuerſaliter alumen ſiccum & calidum eſt in quarto gradu, ſtipticum & mundificatiuum, & viſus obſcuritatis clarificatiuum. Superfluam palpebrarum carnem aut membrorum corrodit, peſsima & ſicca vulnera inhibet, ne corpus perambulent cum aceto & melle mixtum, dentes confortat

infirmos, & valet tumidis gingiuis, ſanguinem conſtringit de ore fluentem, puſtulas ſanat & ſcabiem ſi ex eo fricentur, aut ex aqua in qua fuſa fuerit, lauentur.

De *Atramento & eius origine, Plinius vbi ſuprà.*

Atramentum inter colores ficticios erit. Quanquam & terræ ſit geminæ ſc. originis. Aut enim fit arte humana, aut terra ipſa ſulphurea. Inuēti ſunt pictores, qui è ſepulchris effoderent infectos carbones. Fit autem fuligine pluribus modis, reſina vel pice exuſtis, propter quod etiam officinas ædificauerunt, fumum earum non emittentes. Laudatiſsimum eodem modo fit è tædis fuligine, fornacea balnearum fuligine adulteratur, quo ad volumina ſcribenda vtuntur. Sunt qui & vini fecem ſiccatam excoquant. Et ſi ex bono vino fuerit fex. Indici ſpeciem illud atramenti præbere affirmant. Apud infectores etiam fit ex flore nigro, qui cortinis æreis adhęreſcit, fit & è tædis ligno combuſto, tritisq; carbonibus in mortario. Mira verò & ex hoc natura ſepiarum, ſed ex his non fit picturæ atramentum. Omne autem atramentum ſole perficitur, librariumq; ac tectorium glutino admixto, quod autem aceto liquefactum eſt ægrè eluitur.

De

De Operatione ipſius in Alchimia, ex lib. 4. meteoror.

Atramenta compoſita ſunt ex ſale & ſulphure & lapidibus. Eſt & in eis vis aliquorum corporum liquabilium, quoniam ex eis fiunt, vt calchantum & abachar, generantur ex maioribus granis atramenti. Et non ſoluitur ſalſedo eius, niſi cum eo quod in illo eſt ſulphureum, & poſtea coagulatur reſiduum. Illudq; iam cepit vim mineralem in aliquibus corporibus. Quod autem ceperit vim ferream erit rubeum aut croceum, aut calathar. Quòd autem vim æream, erit viride ſicut chalcantum, vnde poſsibile eſt illa duo artificialiter fieri. Vide de hoc aliquid etiam ſuprà in 1. libro.

De Virtute eius in medicina, Auicenna in Canone.

Atramentum eſt diuerſorum colorum. Eſtque differentia inter atramenta alba & rubea & citrina & viridia. Colchatar eſt citrinum, chalcadis album, chalcantum viride, & aſsuriæ rubeum. Hæc autem omnia ſoluuntur in aqua & decoctione præter aſſure; quod eſt vehementis ſoliditatis & congelationis, viride quoq; vehementius congelatum eſt quàm citrinum, & vehementiores habet tunicas.

Atramen-

Atramentum non aduſtum fortius eſt, aduſtum veò ſubtilius. Et ſubtiliora quidem eorum ſunt chalchadis & viride. Æqualius veró colchatar. Groſsius autem aſsuriæ, propter hoc in aqua non reſoluitur. Virtus quidem atramenti in quo ſunt ſplendores auri, propinqua eſt virtuti alcolchatar; & id melius eſt quod velociter frangitur, æreum mundum, non antiquum, & atramentum quod in Enchauſto ponitur eſt illud quod ſahira. Et eſt durum habens quaſi aureum ſplendorem, & virtuoſum ſicut alcolchatar. Melius eſt autem Aſsuriæ quod adfertur de Ægypto, & frangitur à nigredine, & habens venas plurimas rancidi guſtus, ſtipticum & eius odor ſimiliter. Eſt autem atramentum calidum & ſiccum in 3. gradu. Omnia ſunt adurentia & ſtiptica, ſcabiei conferunt humidæ, ac duriciei palpebrarum & aſperitati earum, aut apoſtematibus inguinis. Eſt tamen in atramento virtus venenoſa deſiccans pulmonem, ita quod fortaſse interficit. Sufflatur autem in naribus propter fluxum ſanguinis, & proprie alcolchotar, ex quo etiam fiunt licinia, & ponuntur in fiſtulis, & extirpant ventoſitatem, licinium quoque confert vlceribus auris, & ſaniei eius, & prohibet corroſionem dentium.

De Vitro & eius natura, Yſiodor. li. 39.

Vitrum

Vitrum leuibus aridisq; lignis concoquitur, adiecto cypro & nitro, continuisq; fornacibus vt æs liquatur & maſſæ fiunt, poſtea ex maſſis rurſus funditur in officinis, & aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo celatur. Tingitur etiam multis modis ita vt iacynthos et ſaphiros virides vincet et onyces, vel aliarum gēmarum colores. Nec eſt alia ſpeculis aptior materia, vel picturæ accommodatior. Fit autem vitrum ex terra & herba & lapide & planta, fit etiam de cinere feni & filicis, item de albumine oui decocto. Ex libro de vaporibus. Vitrum aliquando fit etiam ex plumbo ac terra ſubtili, abſque cinere filicis ac fœni. Plumbum enim aliquando eſt euaporans, aliquando conuiſcans. Vnde admixtum cum terra ſubtili, terræ partes illas conuiſcat, & diſſoluit in parte per actionem caloris, admixtoque puluere cum terra ſubtili, accipit à terra deſiccationem. Et etiam à colore faciente liquefactionem in vtroque vnibilem, vel admixtionem vniuerſalem. Propter quod volentes citò decoqui carnem, fruſtum vitri apponunt cum carne in aquam, vitrum enim cum ſit ſiccum, tantum extrahit de humiditate carnis ſua ebullitione, quod caro ſtatim relinquitur decocta. Citius quoq; decoquitur talis caro ſi vitrum apponatur, quod eſt de cinere fœni ac filicis, quia tale minus abundat in hu-

in humido. Primum enim vitrum aliquid habet humiditatis, quã accepit à plumbo, quod primum in compoſitione fuit. Eſt & differentia inter iſta genera, quod vitrum de cinere fœni ac filicis ſemper eſt diſcoloratũ. Quod autem fit ex plumbo & terra ſubtili, vel ex cinere ſalicis, habet colorem glaucum. Plumbum enim quantum in ſe eſt, principium eſt viroris in decoctione. Et quia coniungitur cum limatura cupri, cuius puluis habet albedinem, propter hoc accidit ei glaucedo, quæ media eſt inter albedinem & virorem.

De Operatione ipſius in Alchimia, ex lib. de naturis rerum.

Vitrum dicitur eſſe ex ſectione Mercurij, neſcio qua de cauſa, niſi quia recipit tincturam & colorem, & ipſum etiam ferrum ſoluit, omniaq; corpora diſſoluit & diffluere facit. Sicut autem aqua de natura frigida igne calefit, & poſtquàm refrigeratur, frigidiſsima fit. Sic & cinis de quo fit vitrum, cum ſit ſiccus, ſi humectatur per liquefactionem, poſtea deſiccatus ſicciſsimus erit. Reliqua de Operatione hac eius, vide quæ ſuprà dicta ſunt.

De Virtute ipſius in medicina, Auicenna.

Vitrum eſt calidum in primo, ſiccum in ſecun-

ſecundo. In ipſo eſt ſtipticitas & ſubtilitas. Abſtergit dentes & oculum, & eius albuginem delet, mundat & furfures, quando cum eo fit ablutio, facit oriri pilos inunctum cum oleo Sambucino, aduſtum autem fortius eſt. Quod ex eo tritum eſt & aduſtum confert val de lapidi veſicæ & renum vino bibitum. Conſtantinus in libro graduum. Vitrum calidum eſt primo gradu, ſiccum in tertio. In multis colyrijs vtile eſt, & contra impetiginem valet; ledit furfures, capillos ſubtiliat, puluerizatum & cum vino bibitum, lapidem veſicæ frangit. Platearius. Vitrum frigidum eſt primo gradu & ſiccum ſecundo. Inde fit vnguentum, quod valet ad ſcabiem, valet etiam ad ſer piginem. Sed puluis eius cum terebentina, vel gummi prunorum in aqua ad ignem reſoluto conficiatur, & inde pars inungatur. Ex libro de naturis rerum. Vitrum ſi diligenter teratur, & cum vino ribano, id eſt forti bibatur, lapides qui ſunt in renibus frangit & eijcit.

De Coloribus natiuis & fictitijs, Yſiodor. lib. decimonono.

Colores autem quidam ex terra vel in terra naſcuntur, vt ſinapis, rubrica, melinum, auripigmentum & cætera huiuſmodi. Quidam

dam verò finguntur aut arte aut permixtione. Plinius lib. 35. Sunt autem colores floridi vel auſteri, & vtrumq; natura vel permixtura eue nit. Floridi ſunt quos ars fingendi præſtat, vt minium, armenum, cinnabaris, criſocolla, Indicum purpuriſſum. Cæteri verò auſteri ſunt. Ex omnibus autem alij naſcuntur & alij fiunt. Naſcuntur ſinopis & rubrica & parethonium & melinum, eretria & auripigmentum. Cæteri verò finguntur, vt ochra ceruſa vſta, ſandaraca, ſandix, ſiricum atramentum. Sunt etiam noui duo colores atque viliſsimi, viride, quod & apianum vocatur. Et quod criſo collam lotum mentitur. Fit ex viridi creta æſti mata ſeſtercijs in libras. Annulare quod candidum vocatur, eſt quo picturæ muliebres illuminantur. Fit & ipſum ex creta admixtis vitreis gemmis; & vulgi annulis, vnde & annulare dictum. Ex omnibus coloribus cretulam amare, vdoque illini recuſant, purpuriſsum Indicum, ceruleum, melinum auripigmentum, apianum. Ceruſsa ceræ tingitur eiſdem coloribus ad eas picturas, quæ vtuntur alieno parietibus genere, ſed claſsibus familiari & onerarijs nauibus. Totq; colorum tanta varietate ſubit, antiquitatem mirari. Pingebant enim antiqui & pericula & rogos. Iuuabatque pugnaturos ad mortem vel cedem ſpecioſe vehi.

De

De Sinopide & Rubrica, Yſiodor.

Sinopis inuenta primum in Ponto fuit, indeq; nomen ab vrbe Sinope accepit. Species eius ſunt tres, ſc. rubea, minusq; rubens, & inter has media. Plinius vbi ſuprà. Sinopis à Sinope nominatur vrbe. Naſcitur in Ægypto, Balearibus, Affrica. Sed optima in Lemno, & Cappadocia effoſſa, & in ſpeluncis excellit quæ ſaxis adhęſit. Glebis color extra maculoſus eſt, hac vſi ſunt ad ſplendorem veteres. Excepto vſu eius in pictura, in medicina quoque blandis eſt emplaſtris & malagmatis, ſiue ſicca compoſitione eius, ſiue liquida. Facilis eſt contra vlcera in humore velut in oris ſedis ſita, fœminarum profluuia ſiſtit, denarij pondere poto. Aluum ſiſtit infuſa. Eadem adusta, ſcabricies oculorum ſiccat, cum vino maximè. Yſiodorus. Rubrica verò ſic dicta eſt, eo quod ſit rubeo & ſanguineo proxima. Hæc in locis plurimis gignitur, ſed optima in Ponto, vnde & Pontica dicitur. Plinius vbi ſuprà. Rubricam quidam volebant ſecundam authoritate, palmam enim dabant Lemniæ. Hæc eſt minio proxima, antiquitus multum celebrata, in Inſula in qua naſcitur non niſi ſignata vendebatur. Hac itaq; minium ſubliniunt & adulterant, ponitur in medicina & res habetur prę clara. Epiphoras enim oculorum mitigat &

dolores circum lita. Egylopias manare prohibet. Sanguinem quoq; eijcientibus ex aceto datur bibenda. Bibitur & contra lienum & renum vitia, & purgationes fœminarum. Itaq; contra venena et ictus ſerpentum marinorum ac terreſtrium, ideoq; familiaris eſt omnibus antidotis. Ex cæteris rubricę generibus Ægyptia & Affricana ſunt fabris vtiliſsimæ, quoniam ſorbentur maximè, picturis autem apta naſcitur in metallis ferrarijs. Et ex ea fit ochra ſc. exuſta rubrica in ollis nouis luto circumlitis. Quæque magis in caminis arſerit, eo melior exiſtit. Omnis autem rubrica ſiccat. Ideoque & emplaſtris conuenit, etiam igni ſacro.

De Parethonio, Melino ac Eretbria.

Parethonion habet nomen loci ab Ægypto, ſpumamq; maris eſſe dicunt ſolidatam cum limo. Et ideo conchæ minutæ inueniuntur in eo. Fit & Cyrenis & in Creta. Adulteratur Romæ autem creta Cymolia decocta conſpiſſataque. Yſiodorus. Melinum dictum eſt eo quod eius metalli ferax ſit vna de cycladibus inſula Melos nomine. Eſt enim candidum, nec eo vtuntur pictores ob pinguedinē nimiam. Plinius vbi ſuprà. Melinum è candidis coloribus pinguiſsimum eſt, & propter liuorem tenuiſsimum, in Melo inſula optimū.

Naſci-

Naſcitur & in Samo. Hoc autem effodere ſolent accumbantes inter ſaxa, venas ſcrutantes, porro in medicina eundem vſum habet, quem pheretria creta. Præterea linguam tactu ſiccat, pilos detrahit & mitigat, precium in libris ſeſtercijs ſingulis. Feretria ſuæ terræ nomen habet, refrigerat & mollit & explet vulnera ſi coquatur ad ſiccandum, vtilis capitis quoq; dolo ribus, præcipua feretria terra.

De Sirico, Indico, ac cerußa, Yſiodorus vbi ſuprà.

Siricum eſt rubei coloris pigmentum, ex quo ſcribuntur & capita librorum. Ipſum eſt & fœniceum, ſic appellatum, eò quod in Syria colligatur in littoribus rubri maris, vbi Phœnices inhabitant. Eſt autem inter colores fictitios, Quia ſæpe fit, aut Sinopide, aut Sandice mixtis. Indicus color in Indicis calamis inuenitur, ſpuma limo adhærente. Eſt autem coloris cyanei, mixturam purpuræ cœruleiq; mirabilem reddens. Eſt alterum genus in purpurarijs officinis, ſpuma videlicet in æreis cortinis innatans, quam infectores detrahentes ſiccant. Plinius vbi ſuprà. Indico eſt authoritas maxima, vnum eſt arundineum adhærescente ſpuma limo, cum teritur nigrum, quod in diluendo mixturam purpuræ

cœruleiq; mirabilem reddit. Alterum eſt in officinis purpurarijs, innatans cortinis, & eſt purpuræ quæ adulteratur ſpuma. Indicum ſtercore columbino tingunt, aut cretam Sinelusiam, aut anulariam vltrò inficiunt. Probatur autem carbone. Reddit enim quod ſincerum eſt flammam excellẽtis purpuræ, & dum fumat odorem maris olet. Ob id quidam colligi è ſcopulis putant. In medicina quoq; Indicum rigores & impetus ſudat, oris vlcera ſiccat. Ceruſſæ color eſt candidus, de qua plenius ſuprà de plumbi metallo actum.

De Minio & Ochra.

Minium primum Græci traduntur inueniſſe in Epheſiorum ſolo. Cuius pigmenti copia cæteris regionibus plus abundat Hiſpania. Vnde nomen etiam dedit flumini proprio. Huius diſtillatio argentum liquidum gignit. Minium autem hoc quidem cynabrium eſſe volunt. Plinius lib. 33. Inuenitur quoq; minium in argentarijs metallis, & nunc inter pigmenta magnæ authoritatis, & quodam etiam apud Romanos. Ita vt Iouis ipſius ſimulachri faciem diebus feſtis illinire, triumphantiumq; corpora, legantur ſoliti fuiſſe. Tradit Theophraſtus anno vrbis noſtræ 249. inuentum eſſe minium à Callia Athenienſi initiò

ſperante poſſe aurum excoqui, in metallis argenti arena rubente, & hanc eius originem fuiſſe. Reperiri autem iam tum in Hiſpanijs, ſed durum & arenoſum. Optimum verò ſupra Epheſum, cilbanis agris. Arenam cocci colorem habere, & hanc teri, deinde lauari farinam. Et quod ſubſidat iterum lauari. Differentiam verò artis eſſe, quia minium alij faciunt prima lotura, idque dilucidius eſſe, optimum quod loturæ ſequentis. Eſt alterum genus in omnibus ferè argentarijs atque plumbarijs metallis, quod fit exuſto lapide permixto venis, non ex illo cuius vomica argentum viuum dicitur. Is enim & ipſe in argentum excoquitur. Sed ex alijs repertis ſimul, ſteriles etiam plurimi deprehenduntur, ſolo colore tantum in fornacibus rubeſcentes, exuſtique in farinam tunduntur. Sublimi autem minium Sirico compendij ratio demonſtrat. Et alio modo pingendum furto eſt oportunum plenos ſubinde penicillos abluentium. Sidit autem in aqua conſtatq; furantibus. Sinceri cocci nitor eſſe debet. Secundarij verò ſplendor in parietib. imaginem ſentit, quanquam hoc rubigo quædam metalli eſt. Siſaponenſibus in miniarijs ſuæ venæ arena ſine argento excoquitur, auri modo probatur, auro candente fucatum nigreſcit, ſincerum retinet colorem. Inuenio & calce adulterari, ac ſimili

 ratione

ratione ferri candentis lamina ſi non ſit aurum illico deprehendi, ſolis & lunæ contactus inimicus. Remedium vt ſiccato pariete, cera punica cum oleo liquefacta cadens ſetis inducatur. Iterumque admotis gallæ carbonibus, vſque ad ſudorem aduratur, poſtea candelis ſubigatur, ac deinde linteis puris (ſicut & marmora) niteſcunt. Qui minium in officinis poliunt, faciem laxis veſicis illigant, ne puluerem pernicioſum inſpirando trahant, & tamen vt per illas ſpectent. Non ſolum autem minium in pictura, ſed in voluminum vſurpatur ſcriptura. Yſiodorus. Ochra gignitur in topazon rubri maris inſula, vbi & Sandaraca. Fit autem & ochra exuſta rubrica in ollis nouis luto circumlitis, quæ quanto magis in camino arſerit, tanto melior fit.

De *Sandaraca*, Idem.

Sandaraca quoque naſcitur in inſula rubri maris topazon, colore cinabrij, odore ſulphuris. Inuenitur in aurarijs & argentarijs metallis, eo quidem melior quo magis rufa, & quo virus redolet magis. Quanquam & ceruſa ſi torreatur in fornace Sandaracam facit, vnde & color flammeus exiſtit. Quod ſi torreatur & æqua parte rubrica admixta ſandicem reddit. Plinius libro trigeſimoquarto, Sandaraca

raca melior quo magis pura & friabilis. Valet autem purgare, ſiſtere, excalefacere & perrodere. Summa eius dos eſt ſtiptica. Explet alopicias ex aceto illita. Additur & oculorum medicamentis. Fauces purgat cum melle ſumpta. Vocem limpidam & canoram facit. Suſpirioſis tuſsientibusque iocundè medetur cum reſina therebentina in cibo ſumpta. Suffita quoque cum cedro medetur eis nidore ipſo. Auicenna in ſecundo canone. Sandaraca calida eſt & ſicca in ſecundo gradu. Stiptica eſt & ſanguinem retinet. Hac vtuntur luctatores, vt leues & fortes fiant, ne difficultatem incurrant anhelitus. Item macredinem facit, fiſtulas fumigio ſiſtit & ſiccat, fumus prohibet catarrhos, dolorem dentium optimè ſedat, gingiuam rectificat, prohibet tremorem cordis, & fluxum ſanguinis, & etiam aſthma humidum ſua exſiccatione. Confert etiam in potu ſpleniticis, & eſt bona ſolutioni antiquæ, fumus eius confert emorroidis. Dioſcorides. Sandaraca in eiſdem locis naſcitur in quibus auripigmentum. Eligenda autem eſt valde rufa, & facile teribilis, munda, colorem habens cinabrij & odorem ſulphuris, virtus eſt ei ſimilis arſenico, quod eſt cauſticæ virtutis, & diaphoreticæ & ſtipticæ. Reſinæ mixta alopecias curat, cum pice vngues leproſos excludit, cum oleo pediculos necat,

& puſtulas corporis purgat.

De Praſi & Chriſocolla, Yſiodor.

Praſis .i. creta viridis, etſi permiſcuè generetur in aliquibus terris, optima tamen in Lybia Cyrenenſi. Chriſocolla colore praſino ſic dicta eſt, eò quod aurum habere traditur eius vena. Hæc etiam naſcitur in Armenia, ſed probabilis venit ex Macedonia. Foditur enim ex metallis æris, cuius inuentio argentum ac Indicum prodit. Nam vena eius cum his habet naturæ ſocietatem. Dioſcorides. Chriſocolla colorem habet Praſinum, id eſt viridem valde. Melior eſt autem Armenica. Secunda verò Macedonica & Cypria. Eligenda verò eſt munda, ſine lapide, ſine terra, virtus eſt illi inciſoria & conſtrictiua. Plinius lib. trigeſimoter tio, Chriſocolla eſt humor per auri venam defluens humore craſseſcente frigoribus hybernis, vſq; in duriciem pumicis. Laudatiorem eandem fieri compertum eſt in aurarijs metallis, & proximam in argentarijs. Inuenitur etiam in plumbarijs, vilior auraria. In omnibus autem his metallis fit & cura multum infra naturalem illam, immiſsis in venam aquis leuiter hyeme tota vſq; ad menſem Iunium, & in Iunio Iulioque ſiccatis. Natura eius eſt quæ lino ac lanæ ad ſuccum bibendum. Tunditur in pila, deinde cribro tenui ſecernitur,

nitur,poſtea molitur,ac deinde tenuius ſic cribatur. Quicquid non tranſmeat,in pila repẽritur, deinde molitur, puluis ſemper in catinos digeritur,& ex aceto maceratur,vt omnis duricia ſoluatur, ruſumq́ue tunditur, deinde in conchis lauatur & ſiccatur. Tunc alumine herbaq; ſola quam vocant luteam tingitur atque pingitur,antequam purgat. Refert quàm bibula docilisq; ſit. Nam niſi rapuerit colorem,adduntur & ſcytanum atque turbiſtum: ita vocant medicamẽta ſorbere cogentia.Laudatiſsima eſt in Armenia. Secunda in Macedonia, largiſsima in Hiſpania. Sunt & in Cypro genera eius duo. Summæ commendationis eſt vt colorẽ herbę ſegetis lętè virentis reddat quam ſimilimum. Luteam putant à lutea herba dictam, quam ipſam cęruleo ſubtritam pro chriſocolla inducunt viliſsimo genere & fallaciſsimo. Tribus generibus diſtinguunt eam ſc. aſperam mediam & attritam,quam vocant herbaceam. Subliniunt enim arenoſam priuſquam inducunt atramento & parethonio,quoniam eſt natura pinguiſsimum & propter liuorem tenaciſsimum. Atramento quidem ſpargitur, ne candorem parethonij chriſocollæ pallor afferat.

De Operatione Chriſocollæ in aurificio & medicina.

Chriſocollam & aurifices ſibi vendicant in auro agglutinando, & inde omnes appellatam ſimiliter vtentes dicunt. Temperatur autem ærugine Cypria, & pueri impubis vrina, nitro addita. Teritur Cyprio ære in Cyprijs mortarjs. Santernam huiuſmodi vocant argentoſum. Signum eſt ſi addita ſanterna niteſcit. Ex diuerſo eroſum ſe contrahit & hebetatur, ac difficulter ferruminatur aurum. At id glutinum fit auro & ſpuma argenti ad ſupra dicta additis, vnaque contritis. Vſus eius eſt in medicina, cum oleo & cera ad vulnera purganda. Eadem per ſe arida & ſiccat & contrahit, datur & in angina orthopnœaúe cum melle miſcenda, concitatque vomitiones, miſcetur et colyrijs ad oculorum cicatrices, ac viridibus emplaſtris ad mitigandos dolores atque trahendas cicatrices. Dioſcorides. Chriſocolla eligenda eſt, ad vſum medicinæ, munda, ſine lapide, ſine terra, virtus eſt illi inciſoria & conſtrictiua, reuma gingiuarum compeſcit, vulnera purgat, carnes ſuperfluas vulneribus creſcere non ſinit. Cicatrices attenuat, vomitum prouocat, & plus ſola accepta homicidium facit, colyrijs miſcetur ad lachrymam facientibus.

De Cœruleo & Purpuriſſo, Plinius vbi ſuprà.

Cœru-

Cœruleum eſt arena, cuius genera ſunt tria, Antiquitus Ægyptium ,quod maximè probatur . Syricum hoc facilimè diluitur, cumque teritur in quatuor calores mutatur. Candidiorem, nigriorem, craſsiorem tenuiorémue. Huic etiam nunc Cyprium præfertur. Acceſsit his puteolanum & Hiſpanienſe, arena ibidem confici cepta. Tingitur autem omne, & in herba ſua coquitur, bibitq; ſuccum. Reliqua confectura eadem eſt quæ chriſocollæ. Ex cœruleo fit quod lomentum vocatur idq; lauando terẽdoq; perficitur, hoc eſt cœruleo candidius & pręcioſius. Cœrulei ſinceri experimentum eſt in carbone vt flagret fraus eſt, arida viola decocta in aqua, ſuccoq; per linteum expreſſo in cretam eretriam alias pheretriam. Vis eius eſt in medicina vt purget vlcera. Adijciunt illud emplaſtris, itemq; cauſticis. Teritur autem difficilimè. In medendo leniter mordet, & aſtringit atq; expellit vlcera, vritur autem fictilibus vt proſit. Idem in libro trigeſimoquinto, Purpuriſſum è coloribus reliquis quos ab homine dari diximus, propter magnitudinem præcij ante omnes eſt, è creta argentaria cum purpuris tingitur pariter, bibitque colorem illum celerius lanis, puteolanum plus laudatur quã Tyrium, aut Gethulicum vel Latonicũ, vnde præcioſiſsimę purpurę. Cauſa eſt quod id genus maximè inficitur,

rube-

rubeamq; ſorbere cogitur, pingentes ſandice ſubdita, mox ouo inducentes purpuriſsum fulgore minij faciunt. Si purpuram facere, ma lunt ceruleum ſublinunt, moxque purpuriſſum ex ouo inducunt.

De Cynnabari & Armeno, Yſiodor.

Cynnabar eſt puluis rubei coloris. Hunc aiunt eſſe ſanguinem draconis elephantem implicantis, ab ſub ipſo ruentis. Dioſcorides. Cynnabar multi putant eſſe mineum, & alij ſanguinem draconis, ſed falluntur. Quia minium in Hiſpania conficitur ex lapide qui arenæ argiritidi miſcetur. Qui ſi tutus fuerit, colorem mutat. Sed odor eius in metallo hominem ſuffocat. Vnde qui in metallo conuerſantur, veſicas ſibi in facie ponunt, ad liberandos oculos. Cynnabar autem in Lybia naſcitur, color eſt illi ſanguineus, & ideo ſanguis draconis à multis eſſe putatur, virtus eſt ei ſimilis emathiti lapidi. Itaq; vehementer conſtringit & ideo fluorem ſanguinis abſtinet. Combuſtionib. etiam ac puſtulis opitulatur. Ceratis additur, & vtiliter colyriorum miſcetur confectionibus. Plinius vbi ſuprà. Armenum lapis dicitur quem Armenia mittit, eiuſque nomine appellatur. Hic Chriſocollæ infectus modo, optimus eſt, qui maxime viridis eſt,

communu-

communicato colore cum cœruleo. Solebant eius libræ taxari nummis tricenis, inuentaq́ꝫ per Hiſpanias arena eſt, ſimilem curam recipiens. Itaque ad denarios ſenos redijt vtilitas. Diſtat à cœruleo candore modico, qui tenériorem hunc efficit colorem. Vſum habet in medicina tantum ad pilos alendos, maximeq́ꝫ in palpebris. Porro de arſenico ſiue auripigmento, & de atramento cæteríſue coloribus, iam dictum eſt ſuperius in tractatu de Mineralibus. Hæc itaque de corporibus in terra mineram habentibus, & natiuis coloribus ſufficiant.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

174

Virtus aluminis in medicina f. 153

Cav. G. DI GIACOMO